PRIMO igitur quæro an hæres teneatur conficere Inuentarium & reſpondendo dicas quod ſic, ſi non uult teneri creditoribus, & legatariis ultra uires hæreditarias.l.fi.§.ſi quis autem temerario, ubi doct. C.de iure delib.glo.ubi etiam Ang.in §.ſi uero non fecerit,in auth.de hæred.& falcid. Pau.de Caſt.in conſ.164.col.2. ſecundum antiquam impreſsionem.Alc.in conſ.1.nu.17.& in conſ. 195.in princip.& in conſi.393.in princ.Cotta in memor.ſuo incip.Inuentarii confectio, in princ. Ferdinan.Vaſq.in tract.de ſucceſ.crea.§.1.nu.26.uerſi.ab iſta autem.Crot.in conſi.167.nu.7.Ioā.de Amicis in conſi.3.nu.21.in conſi.70.nu.2.Cur. Sen.in l.ſi paſcēda.nu.12.C.de pact.Imo. in l.1.§.hæc ſtipulatio.col. 2.uerſi.2.nota.ff. ſi pluſquam per l.falcid.& ratio eſt quia Inuentarium conſeruat hæredem indemnem ſecundum doct. ubi ſupra : quod equidem procedit nedum in hærede ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato ſiue ſuccedat in totum, ſiue in partem. l.fi.§.1. ibi,ſiue ex aſſe ſiue ex parte.C.de iure deli.Spe.in ti. de inſtr.edit.§.1.uerſi. nunc dicamus.Alber.in dicta l.fi.§.ſin autem dubius,co.2.uerſ.quid ſi plures ſunt, ubi etiam Cor.nu.22. Ang. in d.§.hæc ſtipulatio.col. 3. uerſi.& conclude, ubi etiam Imol. col.2.uerſ.circa primum quæſitum. Cy.in auth. ſed cum teſtator. in 8.quæſt.C.ad l.falc.Ioan.Bertach.in trac.de Epiſ. in 4.par.nu.35.Affl.in deciſ.44.nu.33.

SVMMARIVM.

1 Inuentarium facere debet vnuſquiſque hæredem niſi omnes conſentiant vni conficienti nomine omnium.

Secun-

SEcundò quæro, quid ſi plures ſint hæredes, an unuſquiſque facere debeat Inuentarium ſuum?

1 Concludendum eſt, vnumquemque† teneri, niſi omnes conſentiant vni conficienti nomine omnium ita Cy. in l.fi. in princ. col. 2. uerſi. 5. quæritur C. de iure delib. argu. tex. in l. ſi quis ex argentariis. ff. de edē. l. ſtipulatio. §. quæſitum, de dam. infec. & l. 4. §. creditoribus. de fideicom. liber. ubi etiam Alex. col. fi. uer. quærit etiam Cy. ubi refert ita etiam tenere Ray. ibi Alber. de Roſa. in d. l. fi. in §. ſin autem dubius, col. 2. uerſi. quia ſi plures, ubi etiam Sali. col. fi. uerſ. quæro ab extra, & Ioan. Andr. in addit. ad Spe. in tit. de Inſtru. edi. in §. fin. in addit. quæ incipit ſic dicitur. Gul. Maine. in l. qua tutela nu. 57. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Princeps hæres Inuentarium facere tenetur.*

2 *Hominis appellatione venit Rex.*

1 TErtiò quæritur, an Princeps† hæres teneatur facere Inuentarium? & non conterendo tempus ubi non expedit, dicas quòd ſic, ut conſtat ex not. per Iaſ. in l. fi. in princ. in 2. col. C. de iure delib. ubi inquit quòd ſi Princeps eſt inſtitutus hæres uel ſit proximior agnatus, non confecto Inuentario tenetur ultra vires hæreditarias, per tex. in §. penul. in uerſi. etiam imperiali culmine. in auth. de hæred. falcid. quia tunc uenit tanquam priuatus, aliàs ſecus. quem tex. ad hoc allegat Bart. in auth. ſed cum teſtator, circa fi. C. ad l. falcid. proba. etiam ex ſcriptis per Ange. in l. 1. in §. hæc ſtipulatio, col. 2. ff. ſi plus quàm per l. falc. ubi inquit, quòd quicūque ſuccedat fiſcus uel priuatus, miles, aut paganus uel ſacerdos non obediens legi, de qua in §. ſi uerò non fecerit, de hæred.

red.& falc.ad legata tenetur in ſolidum.1 moſ.etiam ibi col.1.text.eſt etiam in §.fi.& ibi gl.in uerbo imperiali,de hæred.& falc,Barb.expreſſe in c. Raynal. col.53.de teſta. Corn. in d.l.fi.in prin.nu.28.Vital.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.cōfec.pend. col.22. in uer. & idē eſt. Vlterius dicitur ꝙ etiam ſi non eſſet expreſſum illud uerbum imperiali, quod iſtud etiam probatur alio modo per d.tex.ibi; communem namque in omnibus hominibus hanc legē imponimus; ergo & principibus.cum appellatione
2 †hominis, veniant & Reges.c.penult. de confir.util. vel inutil.quem text.dicit Barb.in repet.c. Raynal. col.152.de teſta.ſuperioribus diebus ſe ad hoc ponderaſſe,& in tantum hoc eſt uerum,quod ſibi nō datur reſtitutio in integrum, quoniam ipſe legem condidit, & omnia iura in ſcrinio ſui pectoris habet.l. omniū.C.de teſta.ita Vital.ubi ſuprà. Alc.conſi.195. & Soci.iun.in conſi.42.vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Miles Inuentarium conficere tenetur.*
2 *Hominis appellatione uenit Fiſcus, Epiſcopus, Saracenus, Iudæus, & miles.*
3 *Milites hodie ſunt adæquati Paganis.*

QVartò quæro,q̄d in milite?prima facie uideretur dicendū,ipſum non teneri per text.in l.fi.§. fin.C.de iure delib. qui uult,militem non conficientem inuentarium habere priuilegium contra illam legem,& hoc etiam tenet ibi gloſ.in d.l.fin.in princ. Vaſq; in tracta. de ſucceſ. progreſ.§.20.nu.55.in op
1 poſitum tamen eſt ueritas, quòd ipſe † tenetur ſicut alii tenentur,per text.in §.fi.in auth.de hæred.& fal cid.ubi dicitur, hanc legem generalem omnibus ho

minibus

minibus imponimus.quo caſu uidetur impoſita mili tibus,quia homines ſunt. Nam appellatione homi-
2 nis † uenit fiſcus.glo.in l.eos.C.de uſur.Bal.in l.1.ff. de rer.diuiſ.Item Epiſcopus gloſſ.in c.1.de maio. & obed.nec non Saracenus.c.quia te ſo.diſtinct. ac Iudæus.c.ſi ſolus.8.diſtinct.Cum ergo illa lex generaliter imponit omnibus hominibus: ergo & militi, & ita in terminis ꝑ dictũ tex.voluit Ang.in l.1.§.hęc ſtipulatio.col.1.ubi etiam Imo.col.1.ff.ſi plus quam ꝑ legẽ falcid.Item probatur expreſſe in d.§.fi.ibi, ſiue militari,ubi etiam glo. in uerbo militari,& in uerbo Imperiali.Bal.in d.l.fin. in princ.col.2. in princip.in
3 verſi.modò.C.de iure delib.quia hodie milites† ſunt adęquati paganis.Idem uult ibi Caſt.in princ.col.2. in princ. Ang.in §.extraneis,col.fin.uerſ. nota Inſti. de hæred.qualit.& differen.Iaſ.& alii in d.l.fi.§.fi.C. de iure delib. Barba. in repet.c. Raynaldus col.5.in princ.de teſta.Vital.in tract.clauſ.in verbo Nil nouari Inuent.confec.pend.col.22.uerſ.& idem,ꝑ text.in d.l.fi. qui tex.loquitur in milite utriuſque militiæ,tã cæleſtis quàm terreſtis.Porcel.in tract.de inuent.in c.4.nu.14.Vaſq. in 1.part.tract.de ſucceſ.creat.§.16. nu.17.& eò magis hoc dicendũ venit ſi eſt miles, & doctor,ut per Porc.ubi ſuprà,& licèt hoc relinquet cogitandũ, tamen prius hoc uoluit in terminis Cor. in d.l.fi.in 2.not.in fi.C.de iure delib.& nu.28.

SVMMARIVM.

1 *Minor Inuentarium conficere tenetur.*

2 *Minori competit reſtitutio in integrum aduerſus omiſſionem Inuentarii, dummodo probet hæreditatem damnoſam.*

Quinto

QVintò quæro, nunquid minor teneatur inuentarium conficere? Bal. in l.fi.in princ.in 2.col. uerſ.2.quæro, C.de iure deliberan.determinat
1 † quòd ſic, ubi etiam Iaſ.col.2.uerſ.quid autem. Ale. in conſ.124.col.3.uol.4.Ang.in l.1.§. hæc ſtipulatio, col.2.ff.ſi plus quam per legem falci. Porcel.in trac. de confec.inuen. c.3.nu.15. Ioan. Fabri in §. extraneis, col.2.uerſ.ſed an hoc tempus. Inſtit. de hæred.
† qualit.& differ.& iſta eſt† communis doctorum ſententia. Verum eſt quòd aduerſus talem omiſsionem
2 ei conceditur reſtitutio† in integrū.§.pupillus, in authen.de hæred.& fal.glo.in l auxilium, quam reputat ibi ſingularem Ang.ff. de mino.& in d.§.hæc autem ſtipulatio col.1.Bar.in l.etiam, col.fi.ff.de mino. & in conſ.154.in 2.col.Bal.in l. ait prætor, in princ. ff.de mino.in l.fi.ubi etiam Caſt. C.in quib.cau.in integ.reſtit. Alex.in citato conſ.124.col.3.Iaſ.in l. properandum.§.fin.in 2.not.C.de iud. Imol.in c.fi.de in integr.reſtit.Barb.in cōſi.64.col.4.uol.2.Guid.Pap. in conſi.161.& in q.141.cum ſequenti, Cy.in dicta l. fi.in princ.in fi.& Alex.ibi in §.fin, col.pen.ubi etiam Corn.nume.28.C.de iure delib.Porc.in trac.de cōfec.inuent.c.3.nu 15.Adden.in Capel.Toloſa.55.in fi.Bero.in conſ.37.nu.7.vol.2.& 61.nu.83.vol.1.Pau. de Caſtro in conſ.210.ſecundum antiquam impreſſionem, ubi dicit quòd minores non excuſantur ipſo iure, imò ipſo iure pœnas incurrunt licèt competat eis reſtitutio in integrum.Balb. in tract. de præſcrip.in 6.par. princ.in princ.nu.40.Vital.in tractat clauſ.in verbo.Nil nouari inuen. confec. pend. col. 21.in fin.uerſ.minor tamen.Socin. iunio. in conſi.7. nu.16.uol.4.& in conſi.112.nu.12.in fi.uol.2.Barb.in repet.c.Raynaldus.col.152.in princ.de teſtam. & in conſi.65.nu.55.uol.3.Ang.in.§.extraneis, col.fi.uerſ.

ultimò

ultimò notá, de hæred. qualit. & differ. Corn. ubi ſupra, Aret. in conſi. 148. in fi. Bero. in conſi. 68. num. 8. cum ſeq. volu. Sed nunquid vt obtineri poſsit dictá reſtitutio, requiratur ut probetur quòd hæreditas ſit damnoſa. Guid. Pap. in deciſ. 141. 142. & 571. col. 5. tenet quòd ſic, quē ſequitur Mynſinge. in cent. 4. obſeruat. 16. Alex. in conſi. 21. col. 2. volum. 1 & Bero. in conſi. 80. nu. 63. vol. 1. Franc. Marc. in q. 149. per totā in 1. par. ubi inquit curiam Delphinalem præfixiſſe tempus pupillo ſeu eius tutori, ut obuietur fraudibus ad faciendum citari creditores & legatarios dictu1os cauſam cur in integrum reſtitui non debeat aduerſus lapſum tēporis beneficii inuentarii. Port. in conſi. 169. nu. 5. & Natta in conſi. 214. nu. 9. ubi latè de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Minori doctori non datur reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam Inuentarii confectionem.*

2 *Turpe eſt Sulpitio ignorare ea, in quibus quotidie uerſatur.*

3 *Peritiores qui conſulere non potuit, licet audiatur allegando ignorantiā Iuris, etiam in lucris captandis, ſecus tamen in Iuriſperito.*

4 *Verbum fortè, prolatum à Iuriſperito, operatur ut dicatur de Iure reſpondiſſe.*

1 SExtò, quid autem ſi minor ſit doctor, an ſibi dari debeat reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam inuentarii confectionem? Determina quòd non, cum non poſsit iuris ignorātiam allegare, quia poteſt dici profeſsio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant, iuxta gl. in l. profeſsio. C. de munc. & hono.

li.to.ubi.Ioan.de Plat.inquit ultimò nota hanc gl. ſingularē q doctor minor vigintiquinque annis non pōt petere reſtitutionē in integrū aduerſus ea, quæ omiſit allegare, vel pbare ī cā ſua licet alteri, daret. reſtitutio, in integrū, l.minor 25.annis omiſſam ff.de mino.poteſt.n.doctori allegari deſiderium, & profeſſio tua inter ſe non conueniunt, cum debeat eſſe peritus & inſtructus in arte cauſidica propter quam piritiam, & induſtriam ſibi denegatur reſtitutio.l.1.C.q & aduer.quos, & ſubdit Ang. vidiſſe Crinotum petentem hanc reſtitutionem, & expulſum fuiſſe; 1 dé uoluerunt Bart.in l.ſed & reprobari in prin.ff.de ex cuſa.tuto.Bal.in prohe.ff.ubi etiam Alber.qui citat

2 turpe † eſſe ſulpitium ignorare ea in quibus quotidie uerſat.l.2.§.ſulpitius.ff.de orig.Iur.Barb.ī ɔſi.67.co. 7.uol.1.Ale.in l.ciuitas.col.5.in fi.ff.ſi cer.pe.Cur.ī l. ſi ex falſis nu.27.C.de trāſ.Ang.in l.1.§.pueritiā ff.de poſtu franc. Marc.in q.delph.814.nu.4.& 688.nu.8. Port.ī ɔſi.70.nu.22. Galiauol.in l.cēturio nu.33.de uulg.& pup. p cuius ɔfirmatione facit qđ ait Rimi. in l.iuris ignorantia.C.qui admi.ubi ait qlicèt ille q

3 nō potuit ɔſulere † peritiores audiatur allegando iuris ignorantiam etiam in lucris captandis, ſecus tamen eſt in Iuriſperito, per text.in dicto §.Sulpitius, & in terminis noſtris ita decidit Vital.in tract.clauſ. in uerbo Nil nouari Inuen.confec.pend.col.22.uer ſic.& eodē modo, & licèt loquatur per uerbū forſan

4 † iſtud nihil eſt quia ut dicit Ange.in l.in ſubſtitutione.ff. de uulg.& pupil.ſi doctor conſulendo reſpondet per uerbum fortè nihilominus reſpondet de iure l.quid tamen.§.ſi arbitr.ff.de arbitr.gloſſ.in uerbo forſan.in c.ſuper literis de reſcrip.Barba.in repet.c. Raynaldus, col.46.in princip.in uerſicu. etſi dicatur de teſta.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenti guarantigiæ executio ceſſare debet pendente reſtitutione, in integrum ad conficiendum Inuentarium.*

SEptimò quæro, nunquid pendente reſtitutione
1 in integrum de qua ſuprà Inſtrumenti† guarantigiæ executio ceſſare debeat? tene ꝙſic, ut concludit Franc. Marc. in deciſ. 249. in prima parte.

SVMMARIVM.

1 *Mulier Inuentarium conficere tenetur.*

2 *Mulieri non ſubuenitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

3 *Inducta ad rigorem iuris conſeruandum, ita obligat mulieres ſicut maſculos.*

4 *Mulieri non ſuccurritur, vt teſtes producere poſſit poſt didicita teſtificata.*

OCtauò quæritur an mulier, quæ ex ignorantia iuris non fecit inuentarium, uel ſi fecit minus ſolenniter, teneatur ultra uires hæreditarias? Bal. in l. fi. in princ. in 2. q. C. de iure delib. primo arguit ꝙ excuſatur, q̃a in ea nõ præſumitur dolos ꝑꝑ eius ſimplicitatẽ. l. ubi in prin. ff. de eden. præſertim ſi non potuit conſulere pitiores, uel errauit ſequuta conſiliũ erroneũ conſultoris, & non ex propria culpa. l. in bonorum. ff. de bon. poſ. tamen poſtea decidit
1 † contrarium, quia lege cautum non reperitur, ꝙ ex-
2 cuſetur; ergo rigori ſtandum, quia mulieri† non ſubuenitur niſi in caſibus, à iure expreſsis argu. l. fin. de iur. & fac. igno. Idem tenuit Iaſ. ibi in princ. in 2. col.
3 uerſic. quid autem, quia inducta † ad rigorem iuris

con-

conſeruãdum, ita obligant mulieres ſicut maſculos. l.iuris ignorantia.C.qui admitti, ubi in terminis; ita tenet Alex.col.pen.in fi.& Dec. nu.14. rurſus, Alex. in conſi.119 nu.50.uol.6. & in conſi.165.col.2.in fin. uol.eo.Bart.in conſi.154.col.2.iaſ.in conſi. 18.col.1. uol.3.Alcia.in conſi.139.nu.7. in 3. tomo Vaſq. in 1. tomo.§.16.nu.7.Barba.in repe.c.Raynaldus.colum. 152.de teſta.Natta in conſ.575.nu.22.Corn.in dicta l.fi.§.fi.col.fi.Vital. in tract.clau. in uerſi. Nil nouari inuent.confec.pen.col. 22.uerſi.in mulieribus. Ripa in tracta.de peſte in rubrica,de remed. præſerua.nu. 240.& Benicas.in §.omnium,nu.377.inſti. de actio. & ideo ex ſupradicta ratione dicunt ſcriben. in l.1. §.nuntiatio,ubi Alex.col. penul.ff.de no.oper.nunt.
4 quòd non ſuccurritur † mulieri, ut poſsit producere teſtes poſt dicicita teſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ uentris nomine mittitur in poſſeſsionẽ bonorum mariti. Inuentarium facere debet.*

NOnò, quid de muliere quæ uentris nomine mittitur in poſſeſsionem bonorum mariti? dic
1 † ꝙ ea Inuentarium facere debet l.1.§. pen.ff. de uentr.in poſ.mit.Piccus,in l.poſt contractum,nu. 96.ff. de dona. ubi inquit eam teneri ad inuentarii confectionem argu.l.pen.C.de uſufruct.& in 1. pen. in princ.ff.uſufr.quemadm.caue. quia non eſt domina,ſed alimentaria. ideo nimirum, ſi tenetur. idem tenuit, ibi Hannib.nu.332.uerſi.etſi iſtud Specul.in tit.de actore ab uniuerſitate, col.fi. uerſi. quid dato ad prædia poſt Vbert. de Bubbio, ibi per eum citatum. Plot.in l.ſi quando,nu. 194.C. unde ui.ubi loquitur

quitur de Curatore ventris prægnantis. Vital. in tractat. clauſul.in verbo Nil nouari Inuent. confec. 25. verſi. Item aliud Alber. de Roſa.in l.de creationi bus.C.de Epiſcop.aud. col.2.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus Inuentarium conficere tenetur.*

2 *Ruſticis non ſuccuritur, niſi in caſibus in iure expreſſis.*

3 *Ruſticus non excuſatur in his, quæ tendunt ad rigorem iuris conſeruandum.*

4 *Ruſticus non admittitur ad probandum poſt didicita teſtificata: fallit ut in nu. ſeq.*

5 *Ruſtico licèt non ſuccurratur in caſu. l. 1. C. de iur. & fac.igno.tamen ope exceptionis ei ſuccurritur ex clauſula generali ſi non potuit conſulere peritiores.*

6 *Iuris ignorantia, etſi non excuſet mulierem, quæ infra tempus bonorum poſſeſſionem non agnouit, tamen intelligitur, quando peritiores conſulere potuit., aliàs ſibi ſuccuritur.*

7 *Ruſticus exiſtens in remotis partibus, qui non potuit conſulere peritiores, ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa regula reſtituitur in integrum aduerſus omiſſam inuentarii confectionem, aliàs ſecus.*

1 DEcimo quæro, an ruſticus † teneatur conficere, inuentarium? Bal. in l. fi. in prin. in 4. q. C. de iure delib. primo arguit, ꝙ non, quia in eo non præſumitur dolus propter eius ſimplicitatem. l. ubi in princ. de eden. præſertim, ſi non potuit conſulere peritiorem, uel errauit ſequutus conſilium erroneũ conſultoris, & non ex propria culpa. l. in bonorum. ff. de bon. poſſ. tamen poſtea concludit contrarium, quia lege cautum non reperitur, ꝙ excuſetur ergo rigori ſtãdum eſt, & ſic ſibi non ſubuenitur, ſicut nec militi. l. fi. C. de iur. & fac. igno. Idem tenet ibi Iaſ. in 2. col. verſi. quid autem, & Corn. in §. fi. col. fi. Alex. in conſi. 119. nu. 50. vol. 6. & in conſi. 165. col. 2. in fi. uol. eo. in l. iuris ignorantia col. pen. uerſi. & in ſimili ubi etiã Dec. nu. 14. C. qui admit. l. 1. §. nuntiatio co. pen. in fi. ff. de oper. no. nunt. & in l. ſi quis id quod col. 3. uerſ. Item nota quod ruſticitas, de Iuriſd. om. iud. dum allegat Bald. in d. l. fi. C. de iure delib. Nam ne-
2 mihi dubium eſt ꝙ ruſticis † non ſuccurritur, niſi in caſibus in iure expreſsis l. fin. C. de iur. & fac. igno. ſicut nec mulieri dict. l. iuris ignorantia: item vide-
3 mus, quod in his† quæ tendunt ad rigorem iuris cõſeruandum, ruſticus non excuſatur, ut cõcludit Bal. in dicta l. iuris ignorantia. Hinc dixit Bald. in dicta.
4 l. 1. §. nuntiatio, col. fi. ꝙ ruſticus † non admittitur ad probandum poſt didicita teſtificata, & ratio eſt quia non reſtituitur aduerſus dolum pręſumptum, ſed in caſu noſtro eſt præſumptio doli contra hæredem nõ conficientem inuentarium, ergo ruſticus ligabitur Vital. in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. con fect. pend. col. 22. Aduerte tamen, ꝙ ſi non potuit cõſulere peritiores, ꝙ poterit reſtitui in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa igitur, ꝙđ

pro

probatur ex infraſcriptis. Et primo ex his quæ ſcribit Sali. in l. 1. col. 4. verſi. quæro quarto cum gloſſ. C. de
5 iur. & fac. igno. ubi inquit, ꝙ licèt ruſticis † non ſuccratur in caſu dictæ. l, ſicut militi, tamen ope exceptionis poterit reſtitui ex clauſula generali ſi non potuit conſulere peritiores, quod inquit non iniquū; quod dictum tanquàm ſingulare ſequitur Iaſ. in dicta. l. iuris ignorantia, col. 2. Alex. in d. l. 1. §. nunciatio, col. fi. in princ. Secundò probatur, per text. in dicta. l. iuris
6 ignorantia, & ibi docto. vbi licèt iuris ignorātia † nō excuſat mulierem, quæ intra tempus bonorum poſſeſsionem non agnouit, tamen intelligitur quando potuit conſulere potiores, aliàs ſecus; Tertiò ex nota. per docto. in dicto. §. nuntiatio, ubi concludunt, ꝙ licèt ruſtico non ſuccurratur, ut probationes producat poſt publicationem etiam ſi non potuit conſulere peritiores quòd illud eſt uerum ipſo iure, ſed per reſtitutionē in integrum ex clauſula generali benè poſſet reſtitui. Quartò in terminis noſtris, ita decidit Alexand. in dicto. §. nuntiatio, column. fin. in princip. ubi inquit poſt Sali. & Franc. de Rampo. in l. 1. C. de iur. & fac. ignor. quòd ſi ruſticus habuit iuſtam cauſam ignorantiæ, ut quia ſecundum eos non poterit ruſticus conſulere peritiores, tunc ſubuenit ruſtico per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, de quia, in l. 1. ad fin. & in l. ſed ſi per prætorem. §. hoc autem, ex quib. cauſ. maior. Sed ſine reſtitut. in integrum non ſuccurretur, etiamſi non potuit conſulere peritiores, & quòd ita intelligere oportet verba Bald. in dicta. l. fin. in princip. in quarta quæſtio. C. de iure deliber. quia aliàs verba ſua contradicerent verbis Salicet. & Franc. de Rampo. in dicta.

l.1.Idem dixit Barba. in repet.c. Raynaldus,colum. 50.in fin.de teſtamen. & in colum.152.in fin. 2.limitationis. Et quod dictum eſt de conſilio peritorum, intelligas quando ruſticus † non potuit conſulere peritiores, quia exiſtens in remotis partibus ubi cum difficultate poterat eos conſulere, ut per Doctor. in dicta. l. iuris ignorantia, & in terminis noſtris per Barba. in ſupradicto loco, colum. 152. verſicu. videretur mihi, ſecus ſi ruſticus maneret in ciuitate, uel in loco inſigni vbi veriſimiliter copia peritorum haberetur, quia tunc ei non eſſet concedenda reſtitutio in integrum, ut per Dec. latè in dicta l. iuris ignorant. Tiraquel. in tractat. de retrac. §.4. gloſſ.7.nume.20.vbi etiam inquit, ei incumbere onus probandi,qui dicit peritiores potuiſſe conſulere, quod etiam ſeruit ad quæſtionem præcedentem.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium fiſcus facere non tenetur, ſed contra nu.5.& declara.vt in nu.7.*

2 *Fiſcus cedendo hæreditati liberatur, vt non teneatur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto.*

3 *Fiſcus pro bonis confiſcatis uel vacantibus non conuenitur tanquàm hæres, ſed tanquàm poſſeſſor.*

4 *Obligatio vbi principaliter deſcendit ex bonis, & non ex perſona defuncti, ibi non requiritur inuentarium.*

5 *Hominis appellatione venit fiſcus.*

6 Spe-

6 *Speciale aliquid nõ præſumitur in fiſco potiuſquàm in aliis, niſi in caſibus in iure expreſſis.*

7 *Fiſcus non eſt propriè hæres, ſed quidam anormalus ſucceſſor quando ſuccedit ex damnatione.*

8 *Fiſcus non ſuccedit in inſtantia iudicii.*

9 *Fiſcus ex damnatione ſuccedens non ſuccedit in nouatione poteſtatiua, ſecus ſi ſuccedit tanquàm quilibet inſtitutus: quia cenſetur iure priuati hæredis, nec tunc dicitur hæres anormalus, ſed ordinarius.*

10 *Eccleſia quando acquirit non tanquàm hæres per ingreſſum alicuius, non tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto.*

11 *Fiſcus reſtituitur in integrum aduerſus confectionem inuentarii omiſſam.*

VNdecimò, quæro, an inuentarium fiſcus facere teneatur? Duæ reperiuntur opiniones, quarum prima, eſt Bart. in l. 1. §. an bona. ff. de iure fiſci, per dictũ tex. ubi tenet quòd non: Bal. in l. fi. in prin. in 4. q. ubi etiam Paul. de Caſtro. C. de iure delib. ubi dicit qui fiſcus ſiue capiat bona tanquàm vacantia, quia alium heredem non habeat, quo caſu ultimo loco fiſcus eſt hæres: glo. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. ſiue ex delicto alicuius non tenetur ultra vires hæreditarias inuentario non confecto. Cy. in l. 3. C. ad l. Iul. de ui publ. Bald. in l. 3. C. ad l. Falcid. ubi dicit, quòd non tenetur conficere inuentarium, &

2 †quòd cedendo hæreditati, liberatur, ut non tenea-

3 tur vltra vires hæreditarias. Et ratio eſt† quia fiſcus non conuenitur pro bonis confiſcatis vel vacātibus tanquàm hæres, ſed tanquàm poſſeſſor. Anch. in col.

294.col.2.& in conſi.322 col.1. Ripa, in l.ex facto.§. ex facto,nu.6.ff.ad Treb.Abb.in conſil.34.col.2.vol. 1.Bald.in l.1.C.de hæred.vend.in authen.ſi qua mulier,col.4.in fi.verſic.3.principaliter quæro. C.de ſa-
4 croſan.eccle.vbi dicit,quòd † vbi obligatio deſcendit principaliter ex bonis, & non ex perſona defuncti, ibi non requiritur inuentarium. Ange.in dicta.l. fin.§.etſi præfatam. Boſ.in tract.crim.in tit.de publica.bono.nu.22.& in titu.de fiſco,num.64.Porcel.in tractat. de confect.inuent.ca.2.nu.26. Bald.in l.ſi infanti,col.2.C.de iure deliber.verſi. Item ſequitur,&
† hanc eſſe † communem opinionem firmat Iaſ.in dicta.l.fin.in prin.col.2.& Clar.in prat. crim.in §.fi. q. 78.verſi.vnum ſcias,ubi dicit hanc eſſe communem, quòd in omnem caſum, quando fiſcus ſuccedit alicui ſiue tanquàm in bonis vacantibus, ſiue ex confiſcatione,nunquàm tenetur vltra vires hæreditarias, etiam ſi non confecerit inuentarium.

Altera uerò eſt, quòd ſic, vt primò probatur per tex.in §.penult. in auth. de hæred. & falcid.dum dicit, ꝙ illa conſtitutio de non conficientibus inuentarium,vt teneatur inſolidum,locum habet in omni ꝑſona, & ſubdit communem nanque in omnibus ho-
5 minibus &c.Appellatione † enim hominis comprehenditur fiſcus. gloſ.in uerbo uſurarum,iuncto text. uerbo hæres,in l.eos.C.de uſur. Barba.in repet.cap. Raynaldus,col.59. verſic.allego etiam text.de teſta. & in col.152.verſi.ulti. appellatione hominis, in ca. 1.col.3.in fi.de ſolutio. Quæ ſententia confirmatur,
6 quia † nunquam præſumitur aliquid ſpeciale in fiſco potiuſquàm in aliis, niſi in caſibus in iure expreſsis. glo.in l.item veniunt §. Imperator. Vim de hæred. ſed iſte caſus non eſt expreſſus,ergo tenetur inuentarium facere, ſi non vult in ſolidum teneri. Idem te-

net

net Ang.in §.ſi vnum,in authen., vt cum de appel.cognoſ. col.8.

Quid dicendum in hoc paſſu? Pro concordia & conciliatione harum opinionum, poteſt dici ſequendo communem ſcholam Doctorum quod prima opinio ſibi locum arrogat quando fiſcus accipit bona non tanquàm hæres,ſed tanquàm bona uacantia,ue quia uenientes ab inteſtato uel ex teſtamento repudiauerant, quo caſu ad eum non tanquàm ad hæredem ueniunt.l.1.C. de bono.vacan.lib.10.& idem, ſi capiat bona ex delicto, quia tunc non tenetur vltra vires hæreditarias.Clar.in pract.crimi.quęſt.78.ver. † tenum ſcias, vbi atteſtatur hanc eſſe † communem, 3 ſecus quando fiſcus capit bona tanquam hęres, quia tunc cum táquam hæres inſtitutas accipiat, tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto,& tunc procedat vltima opinio.ita tenent Roma.1mo. & Alex.in rubrica.ff.de acqui.hæred. Ange.in l.1.§. hæc ſtipulatio, col.2. in princ.& ibi Imol. col.1.ff. ſi pluſquam per legem falcid.Barba.in c.1. col.6. uerſi. & in quantum gloſſ. de teſta.in c.1.colum.penult.in princ.de ſolut.Luc.in tract.de priuil.fiſci, in uerſi.a. caſus. Vaſq.in 1.tomo,in §.16. nu.11.ubi dicit quòd hæc concordia optimè colligitur ex verbis Bart.in rubric. de acquirend.hæreditat.dum dicit,quòd ille qui ſuccedit in uniuerſum tanquam hæres tenetur vltra vires hæreditarias, ſed quando quis capit tanquam bona vacantia. non dicitur in hæreditate ſuccedere. l. 4. §. eadem conſtitutio. ff. de fideicom. libert. cum gloſſ. ibi poſita, & ideo non tenetur vltra vires. dicta.l.1. §. an bona. Item & ex dictis per Bald.in l.final.in princip.in 4.quæſtio.de iure delib. dum inquit, quòd quando fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus uel ex delicto alicuius, non te-

netur facere inuentarium, & ratio eſt; quia non eſt proprie hæres, ſed uindictæ cauſa ſuccedit. l. non ſolum. §. fi. ff. de noua. Paul. de Caſt. ibi in princip. col. 2. quia non eſt hæres, ſed ſucceſſor uniuerſalis, & cum hac diſtinctione etiam pertranſeunt Ripa in l. ex facto. §. ex facto. nume. 7. ad Trebellian. & Boſ. in ſuo tract. in titul. de bon. uacant. nume. 10. in fin. ubi di-
† cit hanc eſſe † communem Anan. in cap. 1. nume. 8. in fin. de teſta. Cui ſententiæ accedunt quæ ſcribit ſingulariter Bal. in c. in præſentia col. 5. uerſ. modò capio
7 ſecundam, ubi dicit † quod fiſcus non eſt propriè hæres, ſed quidam anormalus ſucceſſor. l. ſi conſtan-
8 te. §. fin. ff. de ſolut. matrim. cum ibi not. † ubi fiſcus non ſuccedit in inſtantia Iudicij, quod alibi non re- †
9 peritur. l. quotiens, in fin. ff. de noua. ubi † fiſcus ex damnatione ſuccedens, non ſuccedit in nouatione poteſtatiua, quod etiam non eſt alibi, & etiam no. eo. titu. in l. nouatio, & hoc quando fiſcus ſuccedit tanquam fiſcus, ſed ſi ſuccedit tanquam quilibet inſtitutus, certum eſt quòd fiſcus poteſt inſtitui hæres. l. non dubium. C. de teſtamen. tunc ſucceditur in inſtantia & nouatione, quia cenſetur iure priuati hæredis l. tam & l. edictum. ff. de Iud. nec tunc dicitur anormalus hæres, ſed ordinarius, benè facit quod uoluit Bald. In l. Iubemus, in 5. colum. C. ad Trebel.
10 ubi dicit quod quando † eccleſia acquirit non tanquam hæres, puta propter ingreſſum alicuius, non tenetur ultra uires hæreditarias Inuentario non confecto; ſecus ſi tanquam hæres acquirit, & Bald. ſequitur Alexan. in rubr. ff. de acquirend. hæred. de cuius dicti ueritate in ſequenti quæſtio. late diſputabitur. Iaſ. in d. l. fin. in princip. colum. 2. ubi etiam Corne. nu. 28. Vital. in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confect. pendent. columm. 22. dicitur tamen

11 †quòd poterit petere reſtitutionem in integrum aduerſus omiſsionem inuentarii, teſte Imol. in dict. §. hæc ſtipulatio, col. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia hæres inſtituta inuentarium facere non tenetur, ſed contra nu. 4. ſecundum communem.*

2 *Fiſcus non tenetur ultra uires hæreditarias inuentario non confecto, ſed deducto ut nu. 5.*

3 *Iura ciuilia non poſſunt obligare eccleſiam & pia loca, ut ultra uires hæreditarias teneantur, contra ut in nu. 6.*

4 *Pium eſt ut uoluntates hominum exequantur.*

5 *Eccleſia poteſt infamari ſi non facit Inuentarium.*

6 *Monaſterium ſuccedens monacho non Iure hæreditario; non tenetur facere Inuentarium.*

7 *Succedens per mutationem ſtatus alicuius non dicitur hæres.*

8 *Hæres uidetur contrahere cum creditoribus, & legatariis.*

9 *Viuens non habet hæredem.*

10 *Eccleſia ſuccedens Iure hæreditario reſtituitur in integrum, aduerſus confectionem inuentarii amiſſam.*

1 DVodecimò quæritur] an eccleſia teneatur facere Inuentariū? Articulus iſte quotidianus eſt, & quia inter ſcribentes uariæ ſunt opiniones, igitur de ueritate ipſarum accurratè eſt uidendum. Et primò in aciem ſe offert prima opinio negatiua, quam

quam primo loco tenuit Bart. in l.1.colum.9. in fin. uerſi.quartò quæro. C. de ſacroſan.eccle.qui moue-
2 tur ex rationibus infraſcriptis, namq; fiſcus non tene tur vltra vires hæreditarias inuentario non confe-
cto.l.1.§.an bona l.non poſſunt.ff.de iure fiſci, ergo
3 nec eccleſia.Secundò,quiaq; iura ciuilia non poſſunt obligare eccleſiam & pia loca vltra vires hæreditarias,cum talis obligatio non ſit de iure naturali. Tertio,quia ratio quæ militat in hærede extraneo ut teneatur vltra vires hæreditarios ſi non confecit inuẽtarium,& quæ eſt,quia eſt, quia præſumitur ſubruipiſſe bona.§.ſancimus,in auth.de hæred.& fal.ceſſat in eccleſia & aliis piis locis. Vltimo hoc videtur expreſſum in auth.ſicut alienatio.C.de ſacroſanc.eccl. quam partem ibi ſequitur Andr. Beſſe.nu.138.ubi inquit hanc partem tenendam in dubio tanquam magis fauorabilem eccleſiæ. Idem voluit Bald.in l.fin. in prin.col.4.verſ.quinto quærò.ff.de iure delib.ubi dicit, ꝙ ſi hæreditas eſt damnoſa, poſſunt eccleſiæ & pauperes dimittere hæreditatem abſque reſtitutione in integrum,per tex in auth.ſicut. C.de ſacroſan.eccle.quod inquit notandum, cuius ſententiam ibi etiam amplectitur Paul. de Caſtro in fi.r. Bal. in dict. authent. ſicut dicens, quòd ſi eccleſia acceptat hæreditatem damnoſam ſine beneficio legis & inuẽtarii quòd nihilominus non tenetur vltra vires hæreditarias,quia ſi hoc eſſet; quòd teneretur ultra vires hæreditarias, aditio non valeret ipſo iure per ipſam legem,& tamen veritas eſt quòd aditio tenet. Idem tenet ibi Paul.de Caſtr. Ang. in d.l.fi.§.ſin autem dubius & in §.ſi verò quidam,in authen.de alie.& emphy.quia confectio inuentarii non aſtringit eccleſiã, Abb.in c.1.de teſtam. & in repet.c. cum eſſet,eo.tit. Butr.in c.in literis,de rapto.& in c.Raynaldus,de teſta.

ſta.Bald.in l.iubemus,col.4.ad Trebel.ubi ſi eccleſia ſuccedit monacho non tenetur, conficere inuentarium ſequitur Roma. rubr.de acquir.hæred. Bart.in auth.ſi qua mulier col.3.in fin.verſic.quæro quando bona.C.de ſacroſanc.eccle.

Sed præmiſsis non obſtantibus contraria ſententia eſt de iure verior,quòd quando eccleſia acquirit tanquam hæres, tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto. glo.in c.1. de teſta.& in c.1. de ſolutio.text. eſt etiam in §.fi.authen.de hæred.& falc. vbi text.ille dicit illam legem eſſe communem in omni perſona priuata,militari, ſacerdotali,Imperiali aut alterius cuiuslibet, quæ dictio copulat maiora expreſsis.glo.in clem.1.de re iud.in clem.ne Romani,de elec.& ſic importat collegia,eccleſias,capitula & ſimilia. ita Barba. in c.1.col.fi. de teſta.Bal.in l.Iubemus,col.fi.verſi.Item videtur, ad Treb. Alex. in rub.de acqui.hæred.Sal.in authen. ſed cum teſtator.C.ad l.Falcid.vbi dicit,authen.ipſam locum habere in eccleſia hærede inſtituta. Roma.in rub.de acquir.hæred.Imol.in c.1.de teſta.& in c.1. de ſolutio. Alex.in l.fi.§.fi.col.pen.in princip.C.de iure deliber. Ioan.Andr.& Card.in c.1.d6 teſta.Bart. & Ang.in §. fin.in authen.de hæred.& falcid. & in l.1.§.hæc ſtipulatio, ſi cui pluſquàm per l.falcid.Fulgo.in dicta authen.ſicut. ubi damnat opinionem Bald.ibi & in l.fi.C.de iure delib.Barba.in c.1.de teſta. col. penult. verſi.& ideo in c.1.de ſolutio.& in c.Raynaldus,col. 47.verſi. vtrum. dum ſe remittit ad dicta per eum in cap.1.de teſta.& in col. 149. verſi.7. facit Arch.in c. Epiſcopus qui filios.12.q.2. Vital.in tract.clauſul.in verbo Nil nouari inuent.confec. pend.colum.22.in princ. & hanc eſſe † communem opinionem inquit Iaſ. in l.fi.§.fin.col.fi.in princ.C.de iure delib.ubi di-

cit

dit communem eſſe concluſionem, ꝙ idē ſit in eccleſiaſtica perſona, quod in milite, ut ſi inuentariũ non fecerit, teneatur creditoribus in ſolidum. & hanc ſimiliter receptam doctorum eſſe ſententiam dicunt Adden. ad Abba. in dicto c. 1. de teſta.

Non obſtant modò quæ in contrariũ adducta, & allegata fuerunt. & primò argumentũ de fiſco; quia reſpondetur ꝙ in contrarium eſt cõis opinio doctorum quando fiſcus efficitur hæres, ſecus quando hæreditas ei defertur non iure hæreditario, ſed tanquã de bonis vacantibus, quæ differunt ab hæreditate, ut declarant Bart. & cæteri in rub. ff. de acqu. hæred. Alex. in dicto. §. fi. col. pen. Barba in dicto c. 1. col. 6. verſi. ad iſtam rationem de teſta. Didac. in c. 1. nu. 14. verſ. his verò, de teſta. ſed nos loquimur quando eccleſia eſt inſtituta hæres, quo caſu ita tenetur eccleſia conficere inuentarium ſicut fiſcus, ut latè demonſtratum fuit ſuprà in quæſt. 9.

Similiter non obſtat ꝙ iura ciuilia non poſſunt obligare eccleſiam, quia reſpondetur, ꝙ iſta prouiſio confectionis inuentarii eſt ēt approbata de iure canonico, vt in c. Raynaldus, de teſta. glo. in c. 1. de teſta, & in c. 1. de ſolut. Barb. in rep. c. Raynaldus, col. 155. de teſta. ubi latè diſputat hunc articulum, & in col. 159. uerſi. 8. facit & in c. 1. col. 6. verſic. 2. monetur de teſta. & col. fi. ubi, inquit, ꝙ iſta non eſt bona ratio, quia lex Imperialis loquens de inuentario cùm emanauerit propter bonum publicum, & ſubditorum uiuentium, & morientium vt in dicto. §. fina. de hæred. & falcid. potuit ligare eccleſiam, & maximè, quia

4 fundatur ſub honeſtate & pietate, † quia pium eſt ut uoluntates deficientium ſortiantur effectum, ut in §. ſi uerò expreſſim, de hæred. & falcid. & eccleſia ſit cultrix honeſtatis, & iuſtitiæ, ut in c. 1. §. ſed di

uerſum,

uerſum,de alie.feud.facit tex.in ca. ſint manifeſtè,in uerſic.nec iniuriis infamentur 12. q. 1. ubi † eccleſia poſſet infamari ſi non fieret inuentarium.Hoſtien.in ſumma de teſta.§.ad quid uerſic.quid ſi non ſufficit. Vaſq.in 1.parte ſui tract.de ſucceſ.crea.in §.1. nume. 27.ubi inquit † communem eſſe opinionem, ꝙ etiã in foro contentioſo canonico hæres ultra uires hære ditarias tenetur non confecto inuentario per aucto ritates ibi per eum citatas.

Non obſtat tertia ratio, ꝙ eccleſia non præſumi tur ſubtrahere quia reſpondetur quòd licèt ceſſet in eccleſia hæc ratio,quæ eſt corpus fictum repræſenta- tum, tamen prout repræſentatur per ſubreptorem illa ſiniſtra ratio non ceſſat; ita Barba.in d.c.1.de te- ſta.col.6.uerſi.3. monetur.

Vlterius reſpondetur,ꝙ attenta iſta ratione idem eſſet dicendum in pupillo non doli capace, ut in eo ceſſaret præſumptio ſubtractionis, & tamen tene- tur,ut ſuprà dictum fuit;ita Alexan.in dicto.§.fi.col. penul.ubi inquit,ſatis eſſe ꝙ adminiſtratores poſſint ſubtrahere. Item alijs duobus modis reſpõdetur ibi per Alex.quæ reſponſiones uideri poſſunt.

Non obſtat text. in auth.ſicut,quia reſpondet Ro ma.in rub.de acqui.hær.ꝙ text.ibi loquitur in fundo ſterili,non autem in hæreditate damnoſa,& ſic ex di uerſis non fit illatio.l.fi.ff. de calumnia ſequitur Bar ba.in dicto.c.1.de teſta.col.6.uerſ.4.dicit eſſe caſum, & in col.7.in fi.uerſi.ad dictam auth. Imo.in d.c.1.& in c.1.de ſolutio.Alex. in d.§.fi.col.pen.ubi inquit,ꝙ text.ille loquitur de tranſlatione rei particularis ſte rilis in eccleſiam, non autem quando iure vniuerſali hæreditario uocabatur eccleſia,quo caſu ei poteſt im putari qui contempſerit beneficium dictæ l.fin. §. ſi quis poſtquam quæ ratio ceſſat in contrario.

Vltimò

Vltimò non obſtant auctoritates ſuprà allegatæ, quia reſpondetur, quòd contra doctores aſſerentes eccleſiam non teneri ultra vires hæreditarias non confecto inuentario. quando eſt hæres inſtituta, eſt communis ſchola doctorũ, vt ſuprà oſtenſum fuit.

6 Nec habet obſtare † ꝙ quando eccleſia ſuccedit monacho non tenetur facere inuentarium per deciſiones ſuprà relatas, ut per Bald. in dicta. l. iubemus, & notata per Roma. in rubr. de acquir. hæred. & alios

7 vbi ſuprà, quia reſpondetur, ꝙ ratio eſt, † quia ille q ſuccedit per mutationem ſtatus alicuius, nõ dicitur hæres. text. eſt ſingularis in l. quotiens. ff. de noua. ita Bald. in cap. in præſentia, de proba. quia iſto caſu non uidetur eccleſia quaſi contrahere cum creditoribus cum non ſit hæres ſimpliciter, ſed anormalus, per nota. inſtit. de eo cui bona. addii cau. liber. conſeru. ſequitur Barb. in d. c. 1. col. penul. uerſi. reſtat. de

8 teſta. ſecus † quando inſtituitur hæres, quia tunc videtur contrahere cum creditoribus, & legatariis. gl. in l. qui cum alio. quia defunctus ipſe per hæredem contrahere videtur, quia præbet cauſam additionibus Idem vult Vaſq. ubi ſuprà, in §. 16. nume. 13. ubi

9 ait, † quòd quando monaſterium ſuccedit monacho ideo non tenetur vltra vires hæreditarias; quia monaſterium ſuccedit monacho non iure hæreditario ſed iure cuiuſdam acquiſitionis naturalis, ſicut dicimus de bonis eius, quem arrogauimus, per nota. per Bart. in authen. ſi qua mulier, col. pen. quem ſequitur Abb. in c. in præſentia, col. pen. de proba. quãuis ꝯtrariũ tenuerit gl. in d. auth. & in d. c. in præſentia,

† ſed primum † communiter tenetur, & inquit hoc apertè liquere, quia adhuc ipſe monachus poteſt conueniri, & cauſa poteſt agitari cum monacho, authẽ. cauſa quæ fit cum monacho. C. de Epiſcop. & cleric.

&

& ſic non habet hæredem.l.1.§.pro hærede, l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir. hæred. Vnum tamen emittendum eſſe non duxi,†quòd eccleſiæ hæredi inſtitutæ,
10 quæ non confecit inuentarium ſuccurri poteſt per viam reſtitutionis in integrum aduerſus confectionem ipſius inuentarii,ut per Sali.in auth.ſed cùm teſtator.C.ad l. falcid.cum æquiparetur pupillo, qui aduerſus ipſam omiſsionem reſtituitur, ut in §.pupillus, in auth.de hæred.& falc. Ang. in §.fi.in auth. eo. & in l.1.§.hæc ſtipulatio, ſi cui plus quàm per l. falcid. Ricar.de Sali.in l.1.C.de ſacroſan.eccleſ.Iaſ. in l.fi.in §.fi. C.de iure deliber.Tiraquel. in tractat, de priuil.piæ cauſæ,priuil.88.Guid.Pap.in dec.571. col.1.in fi.& Vital. vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tempore adeptæ dignitatis inuentarium facere debet de rebus, quas ipſe ex patrimonio, alioue titulo acquiſiuit.*

1 DEcimotertio quæro, † an Epiſcopus tempore adeptæ dignitatis inuentarium conficere debeat rerum, quas ipſe ex patrimonio alioue titulo acquiſiuit? Dicas quòd ſic,ut per Franc. Paui. in tractat.de uiſita.9.quæſtio.2.part.nume.11.vbi dicit, quòd compelli poteſt ad illud faciendum, ut ſcribit Pelag. in cap. de Syracuſane.28.diſtinctione ſub umbra patrimonii audeat vſurpare bona eccleſiæ aut prælaturæ ſuo tempore acquiſita. Didac.in c. 1.nume.9.de teſtam.vbi inquit,quòd ſi inuentarium non confecerit, fraudis præſumptio contra eum non ceſſat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Canonici mortuo Priore uel Epiſcopo inuentarium conficere tenentur.*

2 *Economus de rebus eccleſiæ mortuo Epiſcopo ad inuentarii confectionem tenetur.*

1 DEcimoquartò quid dicemus † de Canonicis mortuo Priore vel Epiſcopo? Et reſponde, claram eſſe iuris concluſionem quòd etiã ipſi ad confectionem inuentarii tenentur ſecundum Cy. in l. ſi quis intra, C. de bon. præſcrip. ubi extendit caſum dictę. l. ad inuentarium, quod debent facere Canonici mortuo Epiſcopo, quem ſequitur Natta in conſil.
2 574. nu. 2. ſicut etiam debet facere † Economus de rebus eccleſiæ mortuo Epiſcopo. c. ſicubi. 12. q. 5. Iacob. à Canibus in tract. de execu. ult. volunt. in §. repetitis. nu. 9. Franc. Pauin. in tractat. de off. & poteſt. cap. ſede vacan. in 8. q. 2. part. princip. nu. 13. Franc. Mar. in deciſ. 1227. nume. 2. vbi etiam ponit quemadmodum debet fieri inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus inuentarium facere tenetur de rebus eccleſiæ ſuæ.*

1 DEcimoquintò nunquid † Epiſcopus inuentarium conficere teneatur de rebus quas tempore ſuæ creationis in eccleſia, ad quam eligitur, inuenit? Conclude quòd ſic. text. eſt in c. de Syracuſanæ. in uerſi. qua de re, ubi Cardi. Alex. 28. diſtin. & in c. manifeſta, iuncta glo. 1. 12. q. Specul. in tit. de inſtru. edit. §. fi. verſi. prelatus quoque. Bertach. in trac.

de

de Epiſc. in 4. par.q.1 2.in princ. Bero.in conſil.1 16. nu.14.vol.1.Natta in conſi.574.nu.2. Franc. Pauin. in tract.de off.& poteſt.ca.ſede vacan.in 8.q.2. part. princ.nu.13.Franc. Marc.in deci.1227.nu.2.Aret.in conſi.31.col.pen.Anch.& Imol. in c.cum in officiis, de teſta.

SVMMARIVM.

1 *Clericus uel ſacerdos tenetur facere inuentarium.*

1 DEcimoſextò quidſ in clerico uel ſacerdote,an teneantur facere inuentarium? Determina ꝙ ſic;ſi eſt hæres inſtitutus.§.pen.in authen. de hæred.& falcid. in uerbo ſacerdotali. Abb.in rep.c. cùm eſſes, de teſta.Roma.in rubrica, de acquir. hær. Ancha.in c.1.de teſta.Ange.in §. extraneis, in fin.de hæred. qualit.& differen.per caſum dicti.§. pen. Ange.in l. 1.§.hæc ſtipulatio, col.2. ff. ſi plus quàm per l.falcid.vbi etiam Imol.col.1.Alex.in l.fi.§.ſi col. pe. in prin.C.de iure delib.ubi etiam Corn. in princ.dictæ l.nu.28.Salic.in auth.ſed cum teſtator. in fin. C. ad l.falcid.tex.iuncta gloſſ. in c.1.de ſolutio. Barba. in c.1.col.7.de teſta. eſt verum ꝙ Bart.in l.1. colum. 10.in fi.verſi.quartò quid ſi eccleſia. C.de ſacroſanc. eccle. videtur diſtinguere, quòd ſi clericus inſtituitur ratione conſanguinitatis vel amicitiæ tenetur in ſolidum.dicto §.penu.ſecus ſi amore Dei uel pro anima. quod dictum ſequitur Baſſe. nu. 138. ſed tu teneas indiſtinctè quòd ſi clericus eſt hæres inſtitutus tenetur ad inuentarii confectionem per ſuprà dicta, & in ſpecie dictum Bart. ubi ſuprà improbat ibi Ricar.de Salic.

SUMMARIUM.

1 *Inuentarium de bonis presbyteri defuncti ubi eſt inſtitutus hæres laicus confici non debet coram iudice eccleſiaſtico, ſed ſeculari, ſed contra nu. 2. & nu. 10.*

2 *Pupillus eſſe debet de iuratione eius, qui dat tutorē.*

3 *Pupillo clerico tutor dari debet auctoritate iudicis eccleſiaſtici, & non ſecularis.*

4 *Clericus ſuccedens laico poteſt declinare iuriſdictionem iudicis laici.*

5 *Mutatione perſonæ mutatur priuilegium.*

6 *Eccleſia vel reſpublica ſi tranſit ad priuatum perdit priuilegium, & efficitur uſucapibilis.*

7 *Patronus laicus qui habet quadrimeſtre ad præſentandum ſi donat eccleſiæ ius patronatus, illa habet ſemeſtre ad præſentandum.*

8 *In imponendis collectis mutata perſona, mutatur ſtatus rei, & conſideratur qualitas noui poſſeſſoris.*

9 *Perſona eccleſiaſtica ſuccedens patri laico contribuere non debet in ſubſidiis Delphinatus.*

10 *Perſona eccleſiaſtica ſuccedens in ſpolio inuentarium facere debet coram eccleſiaſtico.*

1 DEcimoſeptimò, alia inſurgit quęſtio, † nunquid moriente presbytero, relicto hærede laico inuentarium confici debeat coram curia eccleſiaſtica, uel ſeculari? Primò quidē aſpectu videretur dicendū, q ex quo iſte laicus ſuccedit in ius alterius eodem iure vti deberet. l. is qui in ius. ff. de reg. iur.

Veritas tamen eſt in oppoſitum, quia mutatione perſonæ bona quæ erant affecta priuilegio clericali deſierunt eſſe eccleſiaſtica, & conditionem hæredis

laici

laici ſequuntur, probatur ex infraſcriptis, & primò per doctrinã Bar.in l.1.ff.de tut. & curat.dat.ab his.
2 ubi concludit in verſi.notat quòd oportet pupillum eſſe de iuratione eius qui dat tutorem, quod inquit
3 menti tenendũ,quia† ſi pupillus eſſet clericus tutor, ei dari debet auctoritate iudicis ſui, non iudicis ſecularis,ſequitur Rui. in conſi.89.col.2.vol.5.& tamẽ curator datur principaliter rebus,& ſecundariò perſonis glo.eſt in conſi.ſi donationem,in uerſi.huiuſmodi,in ſi.de Iud.in 6.Facit etiam quod ſcribit Bar.in l.
4 hæres abſens.ff.de Iud.ubi ait, ꝙ † clericus ſuccedit laico poteſt declinare iuriſdictionem iudicis laici,& cum Bart. ibi pertranſeunt Sapia nume.9. & Dec.in cõſi.vlt.nu.6.ſi ergo ita hoc caſu diſponitur,ergo ecõuerſo idem dicendum uenit quando laicus ſuccedit clerico,cum militet eadem ratio l.illud.ff. ad Aquil.
Secundò ex ſententia Bar.in l. Paulus per procuratorem.ff.de acq. hæred. ubi per illum tex. qui vult
5 quod † mutatione perſonæ mutatur priuilegium,in-
6 fert † ꝙ ei reſpublica vel eccleſia tranſit ad priuatũ, perdit priuilegiũ,& efficitur Vſucapilis.Bru.in conſi. 91.col.1.in fi.Anch.in conſi.171.col.1.in princ.
7 Tertiò accedit text.in c.1.§.ſi.de iure patr. ubi † ſi patronus qui habet quadrimeſtre ad preſentandum, donat Iuſpatron. eccleſiæ, ille habet ſex menſes ad præſentandum, ubi gloſſ.in verſi. ſemeſtre, idem dicit in conuenientibus ubi ex perſona ſucceſſoris forus mutatur.
† Quartò facit alia † communis concluſio, quæ ha-
8 bet,† ꝙ in imponendis collectis mutata perſona mutatur ſtatus rei,& conſideratur qualitas noui poſſeſſoris.Arch.& Io.And.in c.1.de immu.eccl.in 6.Alex. in conſil.35.nu.18.vol.4. per l. 1.C.de Impon. lucra. deſcrip.Natta in cõſi.218.nu.7.& 311.nu.5.Antibol.

in tract. de mune.in ult.par.num.231.Tiraq.in trac. nobil.c.20.nu.161.Moder.Paris in conſuet. Paris.§. 9.gl.3.nu.3.Bru.in cõſi.91.col.2.in princ.vbi dicit,ꝙ ſi dominus terræ q̧ tenetur cõtribuere pro rebus cõ fiſcatis uendat res illas ſubditis ſuis quę demũ ꝑ do minũ emantur,nõ erunt amplius obligatæ ad onera ſine dicit in conſ.103.col.2.qđ ſi uaſſalli Aſtenſis patriæ emerẽt ꝑdia à plebeis ſolita regiſtrari, ꝙ non te nentur de iure ad onera, quia mutatione ꝑſonæ mu tatur rei acquiſitæ conditio.l.2.C. quand. & quib.4. pars.debea.lib.10.Anch.in conſi.171.col.2.in 1.Confirmatur hæc opinio ꝑ Guid. Pap.in deciſ. 282. ubi

9 determinat † ꝑſonã eccleſiaſticã cũ ſuccedentẽ patri laico non debere contribuere in ſubſidiis Delphina libus ꝑ dictã rationẽ; quia ex mutatione perſonæ mutatur conditio rei. Inquiens ita fuiſſe deciſum.

Penultimò facit deciſio Franc.Mar.105.in 1.par.

10 ubi tradit,† quòd ubi perſonæ eccleſiaſticæ ſuccedunt in ſpolio, & per conſequens debet fieri inuentarium,illud debet fieri per eccleſiaſti.ergo à contrario dicendum eſt quòd ſi laicus ſuccedit clerico, ꝙ illud confici debet per iudicem laicum.

Vltimò in terminis quæſtionis noſtræ ita decidit Guid.Pap.in dec.261.ubi pro iſta parte dicit ẽt benefacere, quia hæreditas antequam ſit adita repræſentat defunctam;& poſtquam eſt adita perſona hæredis.l.1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe ius.fuer.l. hæreditas in multis.ff.de acquir.rer.do. rurſus in deci.562.dũ ſe remittit ad dicta ꝑ eũ in allegata deciſ. 261.Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.8.§.13.c. prin.

SVMMARIVM.

1. *Orphanotrophus ideſt rector hoſpitalis inuentarium facere tenetur.*

2 *Hoſpitalarii æquiparantur tutoribus, & curatoribus.*

3 *Hoſpitalarii nihil agere poſſunt in Iudicio nec extra nomine hoſpitalis inuentario non confecto nec decreta ſibi adminiſtratione per ſuperiorem.*

1 DEcimooctauò,† an Orphanatrophus, ideſt rector hoſpitalis teneatur facere inuentarium. Tene ꝙ ſic,per tex.in l.orphanatrophos. C.de
2 Epiſc & cler. vbi†hoſpitalarii, qui æquiparantur tutoribus & curatoribus, debent facere inuentarium, & adminiſtrationem auctoritate ſuperioris recipe-
3 re,ut ſummat ibi Bald.qui in 4.no.ſic inquit,ꝙ † hoſpitalarii debent facere inuentariũ de rebus hoſpitalis corã iudice, alias niſi prius faciãt inuentariũ nõ poſſunt aliquid in iudicio facere uel extra nomine hoſpitalis, ſubdens uidiſſe pronuntiari contra quendam hoſpitalarium agentem,eò ꝙ non docuit de inuentario qđ ait menti tenendũ,quē ſequitur Ang. à Gambel.in tract. de teſta.in gloſſ. 25.nu.3. Idem tenuit Spec.in tit. de orphanotroph. ubi cõtra orphanotrophũ põt opponi ꝙ non confecit inuentarium ſolemniter & in tit.de Inſtr.edit.§.nunc aliqua verſ. ſed an teneatur.Alber.de Roſa.in l.1.col.2.uerſi. ſed nunquid.C.de bon.mater. Porcel. in tract.de inuen. c.1.nu.19.vbi dicit,aliud eſſe genus inuentarii orphanotrophorũ, ideſt hoſpitaliorũ cũ ſint quaſi tutores 1
pupillorum ſeu curatores adultorum, ideo & ipſi faciunt quaſi inuentarium de bonis illorum.§. fi. in authen.de eccle. titu.prout ſeruatur in curatore bonis dando.l.1.ff.de cur.bon. dand. & in c.2.nu.13. Bertach.in trctat.de Epiſ.in 4.part.nu.45.Bald.in addit. ad Spec.in tit.de inſtr.edit. in uerſi. exequu tor tenetur.Pet.de Anch.in cle.1.in 10.not.de relig. domib.

poſt Paul.ibi per eum citatum.Moder.in 1.part.con ſuet. Paris in §.1.glo.6.nu.13. Bald.in conſ.383.col, 2.vol.2. Ploc.in l.ſi quãdo nu.194.C. vnde vi, Franc, Pauin.in tractat.de off.& poteſt. cap. ſede vacan. in 8.q.2.par.princip.nu.13. Vital.in tract.clauſ.in uerſi. Nil nouari inuent.confec. pend.col.22.c.1. Tene tamen menti quod poteſt hoſpitale petere reſtitutionem in integrum ſi læditur,cum inſtar habeat minorum,ut inquit Bald.in dicta.l. orphanotrophos,in 1. not.quod dicit notantur. pro qua ſententia facit qđ inquit Bald.in conſi.465. vbi ait quòd pia loca & hoſpitalia de iure communi habent beneficium reſtitutionis in integrum, quia non reguntur niſi per curatores,ideſt miniſtros,cùm per ſe regi non poſsit l.ciuitas.ff.ſi cer.pet. & quia nomine pauperum æquiperantur pupillis, ut ibi per Bald. quibus ut ſupra dictum eſt datur reſtitutio in integrum aduerſus omiſſionem confectionis inuentarii.Nam ex fine, & opere hoſpitalia ſunt ſancta, quia deſeruiunt eleemoſynis & pietati, ac auctoritate & uſu publico pro talibus habentur, vt not.in l.1. ff. quod quiſque iur. & per Bald. ubi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium conficere tenetur hæres ad inſtantiam fideicommiſſarii.*

2 *Vſufructuarius inuentarium conficere tenetur.*

3 *Fideicõmiſſario hæres non tenetur facere inuentarium, ſecundum formam.l fin.C.de iure deliber, ſed ſufficit aliqua deſcriptio.*

1 DEcimononò. Quæro † quid de hærede; an ad
inſtantiam fideicommiſſarii teneatur facere in
uentarium. Dic ꝙ ſic, ut adueniende conditio-
ne ſciri poſsit, quæ bona erant in hæreditate, & quæ
deficiunt, ut hæres hæredis teneatur de mala admini
ſtratione, ita docto. in l. cum tale, in §. 1. ff. de cond. &
demon. vbi Paul. de Caſtr. dicit ſe habuiſſe de facto,
quia cùm quidam fideicommiſſarius ad quem teſta-
tor voluit ſua bona peruenire ſi fili decederent ſine
liberis, uellet quòd tutor filiorum faceret inuenta-
rium, in quo omnia deſcriberentur, volens illius ha-
bere copiam, quia erant multa mobilia ne diſsipe-
rentur, & ut adueniente conditione ſi fuiſſent diſsi-
pata, peterentur ab hæredibus eorum, dubitatũ fuit
an teneretur? & inquit quòd licèt videretur dicen-
dum quod non, quia licèt hæres ſi uult ne teneatur
vltra vires hæreditarias, poſsit inuentarium confice
re l. fi. C. de iure delib. non tamen reperitur lex. quæ
compellat ipſum, & maximè ad utilitatem alterius,
quia lex illa emanauit ad utilitatem hæredis, tamen
quod ipſe conſuluit contrarium per text. in dicto. §.
1. ubi hæres tenetur reddere rationem, ergo confice
re inuentarium. arg. l. 1. §. officio. ff. de tutel. rati. di-
ſtra. ſicut & tuto. l. tutor qui repertorium. ff. de adm.
tutor. Alex. in l. in oratione. §. quod vulgò, col. 10. ff.
ad l. Falcid. Bald. in dicta l. cum tale, §. 1. ubi etiam
Imol. Rui. in conſi. 169. nu. 25. volu. 3. & in conſi. 29.
nu. 11. vol. 5. Corn. in conſi. 303. col. pen. in fin. vol. 1.
Pract. Pap. in for. libel. quom. agit ex ſubſtit. in uer-
bo ac per fideicommiſſum, in verſi. & per hoc etiã m
aliud. Alcia. in conſi. 30. nu. 2. in 3. tomo. ubi inquit ꝙ
hæres cogi debet ad conficiendum inuentarium, & a
ad præſtandum fideiuſsionem, ne res ipſas diſsipet,
ne aliàs non ſit conſultum fideicommiſſario, caſu

quo oſtenderit de iure ſuo.quoniã certum eſt,ꝙ quo tiens ſubeſt dubitatio,ꝙ hæreditas poſsit auferri poſ ſeſſori, & alteri deferri, debet cogi poſſeſſor ad de-ſcriptionem rerum faciendam ut ſciri poſsit quid ſit reſtituendum. l. prima.§. eligitur. ff. de ventr.in poſ. mit. & quod ibi dicitur in dubio ventris prægnantis procedit etiam in dubio euentus cuiuslibet conditionis.dicto.§.primo de cond.& demonſt. ubi Bal. & Imol.ſubdens ꝙ hæc concluſio procedit etiam generaliter reſpectu cuiuslibet ſubſtituti,qui poteſt co gere hæredem ad hanc cautionem.l. inter omnes.ff. qui ſatiſda.cogan.& ad conficiendum inuentarium, quod eſt caput omnium rationum l.prima.§.officio. ff.de tutel.& rat.diſtr.ſequitur Curt.Sen.in conſi.29. col.fi.Bero.in conſi.86.nu.9.volu. 2.dixi in conſi.27. nu.xi.& 23. vol.primo.Octa.Oſas.in deci.147.nu.22. Plot.in l.ſi quando num.604.C.unde ui Pariſ.in cõſ. 25.nu.51.vol.2.Aemilian.in conſi.35.nu.19.Galiaul. in l.Centurio.nu.217.de uulg.& pupil. Quod ſane intelligendum eſt de quadam deſcriptione, & non de illo inuentario, de quo loquitur l.fi.C.de iure delib. Ita Paul.de Caſtro in d.l.cum tale.§.primo.quem ſequitur Rui.in conſi.159.nu.25.vol.3.Alex.in d.§.qđ vulgò,in 10.colum.verſic.& dicit Paul. de Caſtro ꝙ in eo non debet ſeruari ſolemnitas de qua in l. fi. C. de iure delib.quia illa lex loquitur de inuentario,qđ uellet conficere hæres ad ſui vtilitatem;ſed ſatis eſt ꝙ fiat cum ſolemnitate & forma, quam ſeruat tutor in conficiendo inuentario, quod ipſe tenetur conficere ad vtilitatem pupilli.Socin. Iun. in conſil.132. nu.5.vol.primo Paris.in conſ.45.nu.21.volum.3.ubi
2 per dictum Paul.de Caſtro de quo ſuprà,†idem concludit in uſufructuario omnium bonorum, ad effectum ut ſciatur quæ bona mobilia remanſerunt, &

legata

legata fuerunt cum grauamine.& in conſil.95. num. 62.volum.2. & ut latius infrà in q. de uſufructuario dicetur.Corn.in conſi.303.colum.fin.in princip.volum primo ubi dicit ad hoc facere. l. facultas. C.de
3 iure fiſci, libro 10. vbi aliàs dicitur † quòd ſit deſcriptio non inuentarium ſcilicèt ſolemne. Rui.in conſil.29.nu.xi.volum. 5.ubi debet illud mox facere, id eſt quàmprimum potuit ſicut & tutor. l. tutores.C. de adminiſt. tutor. quia utroque caſu eſt eadem ratio ſcilicèt propter timorem ſubtractionis, nec ſufficit quòd ſit factum ex interuallo, quia tunc non eſt minus in dolo præſumpto. Paris. in conſil.43. colum. fin.volum. tertio. Hanc quoque partem latè tenet Phanut. de Phanu. in tractat.de in lit. iur. in ſecun.par.nume.24.Marzar. in tract.de fideicom. in 2.par. quæſtio.34.Guid. Pap.in deciſ.351.vbi inquit, ſufficere quòd fiat deſcriptio per notarium in præſentia hæredis uel ſubſtituti uocati duobus uel tribus ex cognatis uel amicis eorundem, qui talem deſcriptionem tenebunt ſecretam, & quod non faciet fidem talis deſcriptio niſi reſpectu hæredis & ſubſtituti, non autem reſpectu creditorum & legatariorum, ſimiliterque quod fieri debet talis deſcriptio ſumptibus ſubſtituti, cùm ad ipſius fiat utilitatem, & ex his non videtur vera opinio domini Octa. Oſas. in deciſ. ſua. 147. column. 21. uer ſicu. neque obſtant ſcripta, dum conatur reprobare ſententiam meam de qua in conſil. 27.volum.primo ubi dixi ſatis eſſe quòd fiat deſcriptio ſecundum formam traditam à Paul. de Caſtro in l. cùm tale.§. primo. ff. de condit.& demoſtrat. quam partem etiam ſequitur Paris. in conſil. 25.nume.47. & 52.volum. 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium conficere non tenetur fideicommiſſarius uniuerſalis, ſed contra nu. 4. & 8. ſecundum communem.*

2 *Dictio forte, reſpicit factum ſeu accidentiam facti, & non iuris diſpoſitionem.*

3 *Appellatione hæredis non venit fideicommiſſarius in materia pęnali.*

4 *Fideicommiſſarius locum hæredis tenet.*

5 *Fideicommiſſarius ad conficiendum inuentarium habet tres menſes.*

6 *Fideicommiſſarius vniuerſalis ita habet beneficium inuentarii ſicut hæres directos.*

7 *Dictio forte, quandoq; denotat veritatem, quandoque dubitationem.*

8 *Dictio forte, prolata a lege importat veritatem.*

9 *Doctor ſi conſulendo reſpondeat per verbum forte, reſpondet tamen de iure.*

10 *Lex pęnalis habens etiam rationem expreſſam extenditur ad alium caſum eandem rationem habentem.*

1 VIgeſimò. Quæro † an inuentarium conficere teneatur fideicommiſſarius vniuerſalis ne grauetur vltra uires hæreditarias? Prima quidem conſideratione uidentur dicendum ꝙ nõ: quia licèt text. in §. ſancimus, & in §. ſi uerò non fecerint, in auth. de hæredit. & falcid. dicant hoc introductum fuiſſe in pœnam hæredis tranſcendentis leges, qui in nihilo potuit damnificari, Imò ex lege falcidia lucrari, tamen hoc non reperitur iure cautum in fidei commiſſario uniuerſali, qui non detrahit falcidiã.

l.pri-

l.prima.§.ſi is qui quadringenta, ad Trebel. Cũ igitur præſuppoſita in dictis iuribus non poſsint uerificari in fideicommiſſario uniuerſali, ergo nec eo diſpoſitio ipſorum iurium locum habebit.gloſſ.ſing.in uerbo aduocandum, in l.mancipia. C.de ſeru. fugit.

Nec habet obſtare quod dicit Iaſ.ibi in dicto.§. ſi is qui quadringenta, ꝙ cũm ratio dicti.§. ſancimus, ſit finalis, ꝙ habet etiam comprehendere fideicommiſſarium, quia reſpondetur ex dictis Imol.in l. gerit,col.2.ff.de acquir.hæred. ꝙ tex. in dicto.§. ſancimus, dicit ſi uult uti beneficio legis debet conficere inuentarium, quia ſi non conficeret,& fortè aliquas res ſubtraheret propter, quas non bene poſſet ſatiſfieri,ideo tunc lex non bene ſibi ſubuenit.Ponderandum eſt enim ꝙ non ſimpliciter præſumit ſubtraxiſſe,ſed dicit ꝙ poteſt eſſe ꝙ fortè ſubtraxit, & ſic uidetur reſpicere accidentiam facti, & uelle ꝙ idem
2 ſit etiam ſi nihil fortè ſubtraxerit, ex quo illa†dictio fortè, reſpicit factum ſeu accidentiam facti, & non iuris diſpoſitionem. gloſſ.in clem.prima de appella. ibi permittitur appellari coram uno ex pluribus iudicibus, quia fortè alii non poſſunt haberi.Nam idẽ erit ſi fortè alij poſſunt etiam haberi ex natura illius dictionis fortè,ut ibi uoluit gloſſ. ſecus quando reſpiceret diſpoſitionem iuris, ut in l.ſi duo,cum ibi nota.ff.de arbit.ita etiam Alexan.in dicto. §.ſi is qui, col.2. in princ. nullam faciens mentionem de Imol. ubi ſuprà.

Secundò quia licèt fideicommiſſarius ſit loco hæredis.l.in ratione.§.quòd uulgo. ad l.falcid.docto.in
3 l.prima.§.de illo ff.ad Trebel.†tamen in materia pœnali,appellatione hæredis non uenit fideicommiſſarius. l.ſi cum ante, cum l.ſeq.ad Syll. ubi pœna quæ imponitur hæredi nõ uindicanti necem defuncti,

non

non habet locum in fideicommiſſario uniuerſali ſecundum Aret.in l.1. ff.de uulg. & pupil. Iaſ.in l.1.§. de illo,uerſi.limita.ff. ad Treb.ſed nos ſumus in materia pœnali, nam quòd quis non confecto inuentario teneatur vltra vires hæreditarias continet pœnam, ergo iura loquentia de hærede non habent locum in fideicommiſſario uniuerſali.

Præmiſsis tamen non obſtantibus,contraria ſententia eſt de iure uerior,quòd imò ad huiuſmodi cōfectionem teneatur, ſi uult euadere periculum ne te
4 neatur vltra vires hæreditarias† quia fideicommiſſarius locum hæredis tenet.l.ſi filius.ff.quod cum eo.l. poſtulante, uerſ. ex aſſe.ff. ad Trebel. Bald. in l.fi.§. cum igitur,col.5. uerſi.Item quæritur.C.de iure deliber. ubi refert idem tenere Iacob de Beluis, quia cùm in deliberando fungatur uice hæredis.l.cum filio,ubi glo.ff. de lega. primo & in actionibus ſuſcipiendis & ratione reddenda, igitur debet facere inuentarium, quod eſt caput rationis.l.cum tale.§.primo. ff. de cond. & demoſtra. rurſus in l.cum ſecundum, col.2.in prin.ueri.ex quo ſequitur.C. de fidei-
5 com. ubi ait † fideicommiſſarium habere tres menſes ad conficiendum inuentarium cùm ſuccedat in oneribus hæreditariis dicta.l.fi.in §.donec.C. de iure delib.aliàs tenetur in ſolidum ſicut hæres.Iterum in l.filium quem habentem, col. pen.C.de inoff.teſta.quia fideicommiſſarius habet ius deliberandi cu ius loco ſuccedit inuentarium. Idem tenent Iacob. de Arena Dyn.Alber.Imol.& Alex.in l. prima §.ſi is qui quadringenta,ad Trebel.Iaſ.in dicta.l. prima in §.de illo,colum.2.in princ.uerſic.2.adde. ubi inquit
6 †quòd fideicommiſſarius uniuerſalis ita habet beneficium inuentarii ſicut hæres directos,ut confecto inuentario non teneatur creditoribus hæreditariis,

&

& legatariis vltra uires hæreditarias, per glo. in l. in ratione. in §. quòd vulgò, ubi Bart. in penul. q. ff. ad l. falcid. Specu. in titu. de inſtru. edit §. fi. verſ. quid ſi hæres, poſt Vber. de Bobbio ibi per eum citatum & ibi Ioan. Andr. in addit. Pract. Pap. in forma libelli quo pet. hæred. ex teſta. in uerbo pure in fi. Bertract. in tract. de Epiſ. in 2. part. nu. 44. Bauer. in l. cum filio. nu. 179. de lega. primo Ang. in l. prima in §. hæc ſtipulatio, col. 3. uerſi. & ſi hæres Ceph. in conſi. 296. nu. 49. & hanc eſſe † communem opinionem inquiunt Alex. in dicto. §. quod uulgò, col. 12. uerſ. octauò quærit. Idē Alex. Iaſ. & Ripa in dicto. §. ſi is qui quadringenta, & ibi Soc. qui etiam inquit eam communem & ſeruandam in practica. Phan. in tract. de in lit. iur. in 2. par. q. 24.

Non obſtant modò fundamenta in contrarium adducta, quia ad primum reſpondetur, quòd ratio poſita in dicto. §. ſancimus, ita habet locum in fideicommiſſario uniuerſali ſicut in hęrede, & ad conſiderationem factam per Imol. de dictione fortè, & Alex. reſpondetur ex dictis per ipſum met Alex. in rubrica. ff. de acquiren hæred. col. 3. uerſ. non obſtat quod dicebat Imol. quod † dictio fortè quandoque denotat ueritatem, quandoque dubitationem, c. ex parte, de celebr. miſ. glo. in l. inuitus. C. de procura. & ideo quod Imperator in dicto. §. ſancimus, ſuſpicans & dubitans de hoc id introduxit, ſequitur Bero. in conſi. 64. nu. 29. vol. 2.

Secundò reſpondetur, quòd † dictio forte, de qua ibi tanquam prolata à lege importat ueritatem, ita in terminis noſtris reſpondet Ripa in dicto. §. ſi is qui quadringenta, col. 2. quæ reſponſio etiam fuit Barba. in repet. c. Raynaldus, col. 46. in princ. uerſi. 5. facit, de teſtam. ubi ſic formaliter inquit; Quintò

facit,

facit, lex præſumit heredem non conficientem inuentarium ſurripuiſſe bona hereditaria dict. §. ſancimus & ſi dicatur quòd Imperator non firmat illam præſumptionem in eo, quia loquitur per uerbum fortè, reſpondet, iſtud non obſtare, nam uerbum fortè, prolatum à Iuriſconſulto eſt legis promulgatiuum. l. in ſubſtitutione. ff. de uulgar. & pupil. ubi Angel. dicit
9 † quòd ſi doctor cõſulendo reſpondeat per uerbum fortè, ꝙ nihilominus reſpondet de iure. l. quid tamen, §. ſi arbiter. ff. de arbit. glo. in uerbo forſan. in c. ſuper literis, de reſcri. rurſus in col. ibi. uerſi. quintò facit, ubi uerbum fortè prolatum a lege non importat dubitationem. c. ſuper literis, in uerſi. fortè ubi dicit facere illud Euangelicum, ſi me cognouiſſetis, forſitan & patrem meum cognouiſſetis, de quo per glo. in c. 2. de teſta.

Non obſtat ꝙ hæres non conficiens inuentarium perdit falcidiam, quod non conuenit fideicommiſſario; quia reſpondetur, quòd in hærede non conficiente inuentarium, eſt duplex pœna, ſcilicet amiſſionis lucri & ſic detractionis falcidiæ, item quòd tenetur ultra uires hæreditatis; in fideicõmiſſario uerò non conficiente inuentarium eſt ſola pœna quòd teneatur legatariis ultra uires hæreditarias, & non repugnat quin aliud locum habeat, ita Iaſ. in dicto §. ſi is qui in fi. Secundò reſpondet Ripa ibi in ſecunda colum. in uerſi. ad iſtud, ubi inquit quòd præſuppoſitũ lucrum falcidiæ non cõſideratur à legiſlatore etiam in hærede, de patet, quia etiam quòd ſi prohibita detractio falcidiæ uult quòd hæres qui inuentariũ non fecit, teneatur creditoribus & legatariis. §. ſi uerò expreſſim, in auth. de hæred. & falci.

10 Ad ſecundum reſpondetur † quòd lex pœnalis etiam rationem expreſſam habens extenditur ad

alium

alium caſum eandem rationem habentem.l.cum mulier,ubi Alex.ff.ſol.matr.ad idem eſt tex.in c.primo. §.porrò, quę ſit prima cauſ.benef. amit. ubi dicit illum tex.eſſe meliorem de iure ad hoc Iaſ. & Ripa in dicto.§.ſi is qui quadringenta.

SVMMARIVM.

1 *Executor ultime uoluntatis ſi eſt datiuus uel legitimus inuentarium conficere tenetur,ſecus ſi teſtamentarius.*

1 Vigeſimoprimò. Quid dicemus † de executore ultimę uoluntatis? Duæ ſunt opiniones, quarum prima eſt, ꝙ teneatur ad inuentariú confectionem,teſte Specu. in titu.de inſtru.edit.in §.nunc aliqua,uerſ.ſed an teneatur, ubi dicit quòd ſi eſt datus ad diſtribuendum uniuerſitatem bonorum.tenetur inuentarium facere ſicut in tutore uel curatore dicitur.l. tutores uel curatores.de adm.tuto. Bald. in l.nulli.C.de Epiſc.& cler.ubi ait,quòd de perceptis debet facere inuentarium; quia iſti executores ad pias cauſas æquiperantur curatoribus,ſunt enim curatores animæ & refert ibi Iacob. Butrig. dicentem ſe putare per ipſam l. quòd quilibet adminiſtrator ſiue generalis,ſiue ſpecialis debet facere inuentarium ſi aliquid ad eú ex adminiſtratione perueniat, aliàs non.Idem tenuit ibi Salic. in prima col.in uerſi.Item nota. ubi loquitur in executore teſtamentario. & quia idem in tutela. l. lex quæ tutores. C. de adm.tuto & in col.3.in fin.uerſ. quæro an teneatur, ibi,ſecundò quia ſuadet æquitas,aliàs quare faceret inuentarium. Alber.de Roſa.ibi col.3.uerſi. nunc de officio, ubi inquit, officium commiſſariorum eſſe

in

in principio facere inuentarium de his, quæ eorum officio ſunt commiſſa, ut in dicta.l.§. ſi quis autem, & per alia iura ibi per eum citata. Porcel. in trac. de inuent.in c.1.nume.13. in fi.Angel à Gambel. in tract.de teſtamen.in glo.97. nume.9. Iacob.à Canib. in trac.de executor.vlt.volunt.in.§.nouiſsimum,ubi tradit ipſum debere conficere inuentarium, cuius fi nis eſt, ut ratio reddatur, alioquin dicta confectio redderetur inutilis. Iacob.de Aret.in tract.de commiſſ.nume. 23. 1

Altera eſt opinio, ut non teneatur, ut per Ioan. Andr.in addit.ad Spec.in titu. de inſtrum. edit.in §. nunc aliqua,verſi.ſed an tenetur.quem ſequitur Bertach.in tract.de Epiſc. in quarta par.nu.39.Ang.in l. prima §. hæc ſtipulatio,col.2.uerſi. ſimiliter non tenentur. ff. ſi pluſquam per l. Falcid. Vital.in tractat. clauſul. in uerbo Nil nouari inuentar.confac. pend. col.23. in princ. 2

Quid dicendum? Reſponde quòd prima ſententia de qua ſuprà, locum habere poteſt quando hæres executor vltimæ voluntatis eſt datiuus & legitimus, ſecus ſi datus in teſtamento, quia tunc habet locum vltima, vt non tenetur conficere inuentariū; ita diſtinguit & declarat Bald.in auth.ſed cum teſtator, in fi.C.ad l.Falcid. ubi quærit an vniuerſali executori poſsit obiici ꝙ non confecit inuentarium? & reſpondet ꝙ ſi eſt datus decreto Epiſcopi, qui habet publicum officium, poteſt opponi ſicut curatori bonorum, ſed teſtamentario non; quia priuatum officium habet à domino ſicut procurator, licèt teneatur conficere inuentarium pro ratione reddenda,non tamen pro forma officii, ſubdens ita declaranda notata per Specu. in loco de quo ſuprà. & cū Bald.etiam pertranſit Alex.in conſ.115.nu.7.vol.6.

&

& ideo ex hoc inquit patere reſponſum ad l.nulli.C. de Epiſc.& cler.& pro hoc facit ille tex.in uerſ. & ſi quidem teſtator, iuncto uerſi. cum aũt. ubi quando loquitur de executore teſtamentario, nõ exigit inuẽtarium fieri, ſed ſolum dicit ꝙ ſecundum ſuam conſcientiam exequatur, ſed quãdo loquitur de Epiſcopo executore legitimo arctat eum ad inuentarium, & ſubdit Alex. uerba multum ponderanda, ꝙ ita de conſuetudine ſeruatur. Idem dixit Capra in tracta. execu.vlt.uolunt.in 5.membro.nu.22.inquit tamen ibi ꝙ poterit compelli executor teſtamentarius ut indicet bona & ea manifeſtet & deſcribat, & ſic inuentarium faciat ad petitionem hæredis uel alterius cuius intereſt arg.l.fi.C.de bon.aut.iud.poſ.& l.primę.§.curatore.ff.de uentr.in poſſ.mit.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium conficere non tenetur executorum datus in redemptionem captiuorum.*

1 Vigeſimoſecundò quæro † an executor datus in redemptionem captiuorum teneatur facere inuentarium? Dic ꝙ non, ut tenere videtur Ang. in l.ſi quis prò redemptione.C.de donã.Capra in tracta.execut.ult.volunt.in 5.membro.nu.21.

SVMMARIVM.

1 *Executor qui loco hæredis habetur, inuentarium facere non tenetur.*

1 Vigeſimotertiò quæritur, an† inuentarium facere teneatur executor, q loco hæredis habetur? Determina quòd non cum Ioan.And.in addit. ad ſpec.in tit.de fide inſtr.§.fi.in uer.ſed an hæres,in

addit.incip.Iacob.de Are.quē ſequitur Ang.in l.1.§. hæc ſtipulatio,col.3.uerſi. & nota hic pro condimento,ubi etiam Imo.col.2.in fi.ff.ſi plus quam per l.Falcid.Vital.in tract.clauſ.in uerbo. Nil nouari inuent. conſ.penden.col.21.uerſi.nouus caſus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus executor inuentarium conficere tenetur.*

1 Vigeſimoquartò quid dicimus † de Epiſcopo executore vltimæ voluntatis, an teneatur conficere inuentarium? Reſponde quòd ſic teſte Spe. in tit.de inſtr. edit. §.nunc aliqua,uerſi.ſed an tenetur.Sal.in l.nulli,col.1.C.de Epiſ.& cler. Barba.in c.1.col.pen.uerſi.nihilominus,de teſtam. ubi inquit ꝙ Epiſcopus qui in diſtribuendis bonis relictis pauperibus eſt executor & quaſi hæres tenetur inuentariũ conficere per l.nulli.C.de Epiſ.& cler.Porc.in tract. de inuent.c.2.nu.13.Io.à Canib.in trac.de execut.vl. volunt.in 2.par.nu.9.Capra in tract. de exe cutq.ult. uolunt in 5.membro nu.13.& in 8.membro nu.77.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus grauatus ad diſtribuendum omnia bona inter pauperes, inuentarium facere non tenetur.*

1 Vigeſimoquintò quæritur † num inſtitutus grauatus vt omnia bona diſtribuat inter pauperes inuentarium conficere teneatur? Et concludas ꝙ non,vt Io.And.in addit.ad Spe.in ti.de inſtr.,edit. §.nunc aliqua,in addit.incip.Iacob.de Are.quos ſequitur Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio co.3.uerſ. & nota hic pro condimento,ubi etiam Imo.col.2.in fi.ff.ſi pluſquam per l. Falc.Vital.in tract.clauſ.in uerſi. Nil nouari inuét.conſ.pend.col.21.uerſi.decimus caſus eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater habens uſumfructum in bonis aduentitiis filii & ſecundum aliquos inuentarium conficere teneatur, tamen ſecus ſecundum communem.*

2 *Pater non eſt nudus & ſimplex adminiſtratur, ſicut ſunt alii adminiſtratores.*

3 *Pater qui habet uſumfructum in hæreditate filii aduentitia non dicitur hæres, ſed legatarius.*

1 Vigeſimoſextò quid† in patre habente uſumfructum in bonis aduentitiis filii, nunquid teneatur inuentarium conficere? Primò videtur dicendum quòd ſic, ut in terminis decidere videtur Spec. in titu. de inſtru. edit. §. fi. verſic. quid, de patre, ubi dicit ꝙ tenetur ſicut curatur datus bonis uel etiã uentri. l. fi. ff. de auth. iud. poſ. l. 1. in §. fi. ff. de ventr. in poſ. mit. Nec hẽt obſtare ſm eũ ſi diceretur ꝙ eius adminiſtratio eſſet impunita, & fruſtrà fieret; quia rñdetur ꝙ eſt impunita quantũ ad adminiſtrationem, nõ quantũ ad alien. l. cùm non ſolũ. §. ſed patri, uerſ. non aũt, de bon. quæ liber. Nam & orphanotrophus facit, licèt non teneatur reddere rationem, ut in l. orphanotrophos. Porcel. in tract. de confect. inuent. c. 2. nu. 14. Ioan. de Bertach. in tract. de Epiſ. in 4. part. num. 41. Ioan. de Grad. in add. ſub litera. A. ad. Guid. Pap. in dec. 351. Sed contrariam partem vti veriorem tenendam eſſe arbitror, ut in primis uoluit Cy. in l. cum oportet, in 4. q. ubi ait ſecundũ Marc. Syl. ꝙ
2 non tenetur ſicut alii adminiſtratores, † quia pater non eſt ſimplex & nudus adminiſtratorum, imò utitur & fruitur, & quia lege non cauetur, & conſuetudo ſic ſe habet Bald. in dicta l. cum oportet. §. non autem in princi. & in auth. cauſa quæ C. de Epiſc. &

3 cler.in fi.ubi poſt Petr.ibi dicit † quòd pater qui habet uſumfructum in hæreditate aduentitia filii ex hoc non reputatur hæres,ſed legatarius,nec dicitur per hoc obligatus creditoribus hæreditariis.l. quotiens.C.de hær. inſtit. Verum eſt ꝙ licèt filius ſit hæres,pater tenetur ſumptus in iudicio facere, & cauſam defendere.l.1.C.de bon.mater. quod inquit bene notandum, quia pater non eſt hæres, ſed loco legatarii habetur & ideo ꝙ iſto caſu non tenetur facere inuentariũ,& ad hoc bene facit quod ſcribit Bal. in l.1.col.2.verſic.quæro an ſicut filius C.de bon.mater.vbi quærit, an ſicut filius dicitur proprietarius hæres, ita pater poſsit dici uſufructuarius hæres? & concludit quòd non, quia non à ſe, ſed filio mediante capit.l.cum filio.ff.de uulg.& pupil.Corn. in d.l.cum oportet.§.non autem. Cuma. in conſi.88. circa medium, ubi ait ꝙ licèt de quàpluribus adminiſtratoribus videatur ſtatutum ut inuentarium conficere teneantur.l.fi.C.arbit.tutel.l.decretationibus. C.de Epiſc.aud.& in aliis iuribus ſecundum diuerſitatem adminiſtratorum, tamen in patre non reperitur iure cautum, imò potiùs contrarium iuri, cum eius adminiſtratio argui non poſsit neque culpari, neque rationem reddere teneatur,licèt ſpe. de hoc dubitare videatur in dicto titu. de inſtr.edit.§.fi.ſubdit tamen quòd honeſtius faciet auus ſi inuẽtarium conficiet cum bona nepti reſeruare teneatur,& licèt fortè inuentarium facere non teneatur, cogetur tamen pati quòd deſcribãtur bona,& de eis inſtrumẽtum publicum conficiatur, argu.l. primæ.§.rectè.ff. uſufr.quemad.cau.vt eueniente caſu mortis aui facilior ſit probatio. argu.l.non ſolùm.§.ſed ut probari. ff.de oper.no.nunt.& Cuma.ſequitur Boer.in deciſ. 61. nu.7. Idem tenet Ioan.Andr.in addit. ubi ſuprà

ubi

vbi dicit quòd conſuetudo ita ſe habet. Franc.Porti in tract.de duob.frat.par.1.quæſt.49.Vaſq.in tracta. de ſucceſ.crea.§.6.nu.46.uerſi.hæc in reliquis.Pinel. Ioan.Bertach.in tract.de Epiſ.in 4.par.nume.42.ubi † etiam inquit hanc eſſe†communem,Mynſinger.cen. 2.obſer.93.

SVMMARIVM.

1 *Pater, qui non habet uſumfructum in bonis filii non dicitur legitimus administrator filii.*

2 *Pater qui eſt datus tutor filio impuberi emancipato uel datus ei curator tenetur rationem reddere & inuentarium conficere.*

1 VIgeſimoſeptimo, Quid † in patre non habente uſumfructum in bonis filii aduentitiis, qui non dicitur legitimus adminiſtrator filii,ut per Barto.& alios communiter in l.fi.§.1. verſicu.ratio.ff.de uerbo.oblig.in l.ſi filii.ff.de iniur.Paris.in conſi.157. nume.15.volum.4.Crot.in l. 2.§.voluntatem, nu.23. ff.ſolut. matrim. an teneatur reddere rationem filio 2 de adminiſtratis,& conficere inuentarium? Dic † q ſi eſt legitimus tutor filii ípuberis emãcipati,uel datus eſt ei curator, quia proximior, tenetur reddere rationem ſicut quilibet extraneus. Bald.in l. ſi ſuperſtite.C.de dolo, & l.licèt. C.ad l. Falci. Crot.ubi ſuprà nume.23.verſic.ſecundo uero caſu Bal. in l.orphanotrophos,col.1.verſi.vltimò ſcias.C.de Epiſ. & cler. Soc.conſi. 2.col. 2. uerſi. pater & mater, & in conſi.34.col.penu.vol. primo. & per conſequens inuentarium conficere, quod (ut dictum fuit) eſt caput rationis reddendæ. l. cùm tale.§.1. ubi Paul. & alii. ff. de cond.& demonſt.Bero. in conſi. 86.nume. 10.uolum.2.& in ſpecie ita tenent Specu. in titu.de

fide inſtru.in §.fi.verſ.quid de patre. Cuma.in conſil. 88.col.2.Ioan.Bertach.in tract.de Epiſ.in 4.part.nu. 42.& ſentit Vaſ.in tract.de ſucceſ.crea §.1.nu.40.

S V M M A R I V M.

1 *Pater hodie non poteſt ſuccedere filio iure peculii cum poſsit habere hæredem ab inteſtato.*

2 *Pater hæres filii tenetur inuẽtarium conficere, alias creditoribus tenetur inſolidum ultra uires hæreditarias.*

1 Vigeſimooctauò quæro an pater qui ſuccedit filio iure peculii inuentariũ conficere teneatur? Bal.in l.iubemus,in prin.col. fi.C.ad Trebel.tenet ꝙ non quem ſequitur Ioan. Bertach. in trac. de Epiſ.in quarta par.nu.42.Angel.in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.2.verſ.ſuccedentes.ff.ſi pluſquã per l.Falcid. Roma.in rubr.de acqui. hæred.Corn.in l.fi.in princ. nu.28.C.de iure deliber.pro qua ſententia,quòd nõ teneatur niſi quatenus ad eum peruenit, bene facit tex.in l.fi.§. cum igitur,verſi.ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato hæreditas deferatur.C.de iure delib.ſed pater ſuccedens filio ſuo in peculio nõn eſt hæres.l. 2.uerſi. non quaſi hæreditas. ff.de caſtren. pecul. ſed magis ſucceſſor bonorum.Bald.in l.cum antiquioribus.in 7.q.C.de iure deliber.Cum ergo non ſit hæres ex teſtamento uel ab inteſtato,ſequitur quòd non tenetur ad confectionem ipſius inuentarii. Tu teneas contrarium, quia cum hodie ſit dare hæreditatem in filiofamilias,ut per glo.& Bart. expreſsè in dicta. l.2.& in l.poſt dotem,ſolut.matr.& pater poſsit ſuccedere filio ab inteſtato uti eius hæres, reſultat ꝙ inuentarium conficere teneatur, ita Barba. in repet. 2

c.Ray-

c.Raynaldus,col.49.uerſi.& limito,de teſta.& in col. 75 i.uerſi. primo limito ubi inquit hoc menti tenendum. ſed prius hoc voluit Bal. in l.ſi infanti,in quinta oppoſitione.C.de iure delib.ubi Iaſ.col. quinta in
† princ. inquit, doctores † omnes ita tenere, quia ex quo hodie per iura authorum filiusfamilias habet
2 ab inteſtato hæredem, † quod pater uenit tanquam hæres & iure hæreditario, & ideo quod tenetur conficere inuentarium,aliàs inſolidum obligatur.

SVMMARIVM.

1 *Pater de bonis filii arrogati inuentarium conficere non tenetur.*

1 Vigeſimonono. † Quid de patre in bonis filii arrogati nunquid inuentarium conficere teneatur? reſpondeas cum Bal.in l.iubemus, in prin. col.fi.verſi.Item videtur.C.ad Trebel. q non Barb. in repet.c.Raynaldus,col.49.uerſi.& limito,de teſta. Ioan.Bertach.in trac.de Epiſ.in quarta part.nu.42. in fi.Vaſq. in tract.de ſucceſ.crea.§.16.nu.13.

SVMMARIVM.

1 *Filius qui ſolam legitimam acceptauit inuentarium conficere non tenetur.*

1 Trigeſimò. Offertur in medium † an filius qui ſolam legitimam acceptauit, inuentarium conficere teneatur? Non inſiſtendo ubi non eſt difficultas, determina quòd non, teſte Bal. in l.1.col.6. in fi.uerſ.reſpondeo. C. quand.non peten. par. quia tali caſu non obligatur creditoribus uel legatariis,

quam ſententiam amplectuntur Barba. in repet. c. Raynaldus, col. 52. verſ. xi. limita, de teſta. & Io. Bertach. in tract. de Epiſ. in 4. par. nu. 42. in fin. Bald. in l. cum à matre, col. 2. C. fin. verficu. ergo filius. C. de rei vend. quia æs alienum non ſequitur legitimam. Fabia. in auth. nouiſsime. num. 159. in fi. C. de in offi. teſta. ubi allegat etiam glo. in §. ſancimus, in fi. in auth. de hæred. & falcid.

SVMMARIVM.

1 *Vxor retinens bona mariti pro dote reſtituenda compellitur ad inuentarii confectionem.*

1 TRigeſimoprimò: Quæro nunquid † vxor quæ pro dote reſtituenda retinet bona mariti, compelli poſsit ad inuentarij confectionẽ? Tene ꝙ ſic, ut decidit Alber. de Roſa. in l. fina. §. primo. ff. de bon. auth. iud. poſſ. per l. cum domini, ibi, & ea quæ ibi ſunt deſcribere. ff. loca. quem ſequitur Vaſq. in tract. de ſucceſ. crea. §. 6. nu. 46. verſi. denique vxor.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confici debet de bonis accuſati de crimine.*

1 TRigeſimoſecundò. Quæro † an de bonis accuſati de crimine inuentarium fieri debeat? Bart. in l. mandatis. ff. de requir. reis, tenet ꝙ ſic, & in l. poſt contractum, col. pen. in fi. de dona. verſic. quæro, dicit, ꝙ ſi quæritur an poſsit fieri deſcriptio ante ſententiam ut ſciatur ꝙ res ſunt, quòd ea fieri poteſt. l. 1. §. penul. ff. de ventr. in poſ. mit. ſi uerò quæratur

tur an poſsit fieri deſcriptio, quæ ſignificet rem Principis eſſe uel fiſci, & illa non poteſt fieri ante ſententiam, & ideo inquit Ioan. de Plat. in l. defenſionis. C. de iure fiſci libro decimo quòd poteſtates terrarum hodie ſtatim commiſſo malo faciunt deſcribi & inueſtigari omnia bona delinquentis, & ſequeſtrari ne auferantur & oculentur. Picus in l. poſt contractum. num. 96. ubi refert † communiter doctores tenere cum Bart. ubi ſuprà deſcriptionem bonorum accuſati de crimine, quæ appellatur inuentarium, poſſe fieri & quòd in practica ſeruat. hæc opinio Io. Plat. & inquit ex mente Nicol. Neap. in dicta. l. defenſionis, quòd ultra inuentarium ſeu deſcriptionem poſſunt mitti ſatellites, ſeu barruarii ad cuſtodiam talium rerum vſque ad finem litis & iſtud quotidie practicatur ſubdit tamen ſe credere quod dicti barruarii non debeant habere expenſas, per tex. in dicta. l. defenſionis, licèt ſeruetur contrarium in practica, licèt male ſecundum Hannib. ibi nu. 332. Idem voluit Guid. Pap. in deciſ. 351. Pinel. in l. 1. in 2. par. nu. 23. C. de bon. mater. Porcel. in tract. de confec. inuent. c. 2. num. 14. Bertrand. in conſi. 243. nu. 6. vol. 1. Vaſq. in prima part. ſui tract. §. 6. nu. 46. verſic. confirmantur iſthæc. quod tamen ſanè intelligendum eſſe arbitratur, quando de delicto cepit liquere plenè uel ſaltem ſemiplenè, ſecus quando accuſatio contra aliquem ſola propoſita eſt, non quidem in hoc ut ad curam accuſati hæc res aut deſcriptio rerum pertineat, ſed magis iudici de illo crimine cognoſcenti fas ſit talem deſcriptionem facere. bonaq; ſub fida tutauè cuſtodia collocare. Inquiens ulterius ita temperari debere quod traditur in d. l. defenſionis quod hoc non ſemel ſed pluries ac pluries cum eſſet iudex maleficiorum obſeruauit Hiſpali.

Clat.

Clar.in pract.crim. §. fin. q.49.verſic.ſed hodie, ubi multos alios citat.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium facere tenetur filius datus curator patri curatore egenti.*

1 TRigeſimotertiò quæritur † quòd quando filius datus eſt curator patri curatoris egenti quod fieri poteſt.l.is qui.ff.de tuto.& cura.dat ab his an inuentarium conficere tenetur,dic quòd ſic,quia patri rationem reddere tenetur, ut ibi per gloſſ. & Bart. ergo & inuentarium conficere iuxta notata ꝑ Bartol. & alios communiter in l. cum tale.§.1.ff.de cond.& dem on.& per ea quæ ſuprà in pluribus quæſtionibus dicta fuerunt. & ità in terminis decidit Alber.de Roſa.in l.1. colu.2.uerſicu.ſed quid e contrà. C.de bon. mater.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores miſsi in poſſeſsionem bonorum debitoris, inuentarium facere tenentur.*

1 TRigeſimoquartò quid dicitur † de creditore miſſo in poſſeſsionem? tene quòd ſic,vt eſt tex. in l.fi.ff.de bon.auth.iud.poſ. ubi Alber.de Roſa.Ang.Franc.Pauin.in tract.de offi.& poteſt.c.ſede vacan.in 8.q.2.par.prin.num.13.Vital. in tract.clauſul.in uerbo Nil nouari inuent.confec. pend.col.25. uerſi.aliud quod fit à creditoribus.

S V M M A R I V M.

1 *Agnoſcens bonorum poſſeſsionum inuentarium facere tenetur.*

Trige-

1 TRigeſimoquintò quæritur † utrum agnoſcens bonorum poſſeſsionem inuentarium facere te neatur? Et quia quæſtio hæc latè diſputatur p Barba.in rub.C.qui admitti. nu.157. cum multis ſequentibus,ubi concludit quòd ſic, ideo ad ibi dicta peteu m me remitto. cui adde Iaſ.ita firmantem. in l.fi.in §.etſi præfatam, in fi. C.de iure delib. & Corn. in d.l.in princ.nume. 22.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructuarius omnium bonorum ſecundum cõmunem inuentarium conficere tenetur.*

2 *Inuentarium eſt neceſſarium antecedens ad cautionem præſtandam per uſufructuarium.*

3 *Vſufructuarius inuentarium facere non tenetur ſecundum ſolemnitatem.l.fi.C.de iure delib.ſed ſufficit quòd faciat aliquam deſcriptionem.*

1 TRigeſimoſextò quæro† an vſufructuarius omnium bonorum ad inuentarii confectionem teneatur? Dic quòd ſic,per text. in l.1.§.rectè.ff. vſufruc. quemad. cauea. in verſ.inteſtatum redegerit,vt inde poſsit apparere an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. ita Ang.in §.cõſtituitur. col. 2.inſtit.de uſufruc.vbi inquit,quòd ualet, & tenet ſi deſignat res, & alia per ſigna & notas in quo ſtatu ſint,licèt non ponat eorum æſtimationem. quod inquit notandum, quia uidit ſemel de facto. Idem tenet Alex.in conſi.58.col.3. vol.3.Iaſ.in conſil.40,in 2.dubio vol.1.Abba.in conſi.4.col.fi.vol.2. in penul dubio.Paul.de Caſtro in fortioribus terminis in conſi.191. col.1. vbi inquit, uſufructuarium obligatur eſſe præſtare cautionem de utendo,& fruendo,arbitrio

trio boni uiri,& de reſtituendo res finito uſufructu, quam nō potuit remittere teſtator;quia non ſui cauſa fuit inuenta, ſed fauore hæredis proprietarii, ut auferatur materia delinquendi.l.ſcire.C.ut in poſ.lega.l.1.C.de uſufruc.ſicut non ualet prohibitio inuentarii conficiendi quæ ordinatur ad prædicta. Non.n. bene ſciri poſſet, an is uſus fuerit arbitrio boni viri, & an plenam fecerit reſtitutionem eorum, quæ ad manus ſuas peruenerunt,niſi de illis facta fuerit deſcriptio,quæ inuentarium appellatur.l. 1.§. penul.ff. de uent.in poſ.mit. Corn.in conſi.303.col. penult.in fi. verſi.deueniendum eſt,vol.1.Picus in l.Titia cum teſtamento.§.Titia cum nuberet.q.51.& 55.de lega.

2 2.†quia inuentarium eſt neceſſarium antecedens ad cautionem præſtandam, quia alio modo non poſſet fieri æſtimatio rerum.Iacob.de S. Georg.in l.fi.§.fin. C.de iure delib.Paris.in conſi.95. nu.62.vol.2.& in conſi.45. col.penul.vol.3.Bertrand.in conſi.57. in fi. volu.1.Bello.in conſi.54. in princ. Boer.in deciſ.61. nu.12. Arius Pinel.in l. 1.in 2.part.nu.22.C.de bon. mater.Neuiza.in conſi.9.nu.14.Clar.in §.teſtamentum nu.66.Afflic.in deciſ.342.circa fi.Plot.in repet.

† l.ſi quando.nu.604.C. vnde ui.& hanc eſſe † communem docto.ſententiam firmat Vaſq. in tract. de ſucceſ.crea.§.6.nu.46. & Socin.1 unio. in conſi. 115.nu. 18.vol.1.Mantua.in conſi.33.nu.4.vol.2.Marti.Lauden.in conſil.17. Port. Imol.in lib.3.comm.opi.reg. 18.vbi ampliat,& limitat hanc quæſtionem. Aduer-

3 tendum tamen eſt † ꝙ illud facere non debet uſufructuarius ſecundum ſolemnitatem.l.fi.C. de iure delib. ſed ſatis erit ſi faciat aliquam deſcriptionem de dictis bonis.ita Alex.in dicto conſil. 58.col.2.uerſic. poſito.Paris in allegato conſi.95.nu.62.& 45.nu.21. volum.2. Iaſ. in citato conſi. 40.in 2. dubio Corn.in

conſi.

conſi.303.col.ſi.vol.1.& 180.q.8.vol.4.Picus ubi ſuprà q.51. Et ad confirmationem premiſſorum bene faciunt etiam ſuprà dixi in q. de fideicommiſſario, an teneatur facere inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurarii, factores, publicani, negotiorum geſtores, & omnes alii adminiſtrantes rem alienam inuentarium conficere tenentur.*

2 *Procurator ad negotia uel ſocietatis inuentarium facere tenetur.*

1 TRigeſimoſeptimò quid de † theſaurariis, factoribus, publicanis, negotiorum geſtoribus, & aliis adminiſtrantibus rem alienam? Dic eos teneri ad confectionem inuentarii, quoniam abſolutum eſt in iure unumquenq; ipſorũ teneri ad redditionem rationis.l.1.§.de officio, ubi Bart.ff.de tutel. & ratio.diſtra.ubi iacob.de Are.extendit illum tex. loquentem de tutore, ad quemlibet alium adminiſtratorem, prout etiam facit ibi Bald. Dec.in conſil. 178.in princ.468.in princ. 591.colu.1.Bero.in conſi. 191.nu.13.vol.1.86.nu.10.vol.2.& 112.nume.31. vol. eo. ubi inquit, quòd unuſquiſque rei alienæ ſeu communis adminiſtrator villicationis ſuæ rationem reddit, ſiue ſit pater qui bona filii adminiſtrauerit, ſiue mater, ſiue auia, ſiue frater, ſiue ſotius, ergo, & inuentarium conficere tenetur, quod eſt caput rationis reddendæ.l.cùm tale.§. 1. ubi docto. hoc modo arguunt.ff.de cond.& demonſtr.Ruin.in conſi.in 29.nume.10. vol.5.Bero. in conſi. 35.nu.3.vol.Dec. in conſi.178. in princip. & 192. in princip. & 198.in princip. ubi dicit, quòd, in tali ratione adminiſtra-

tionis

tionis primò inueſtigatur an confecerit inuentariũ antequam adminiſtrationem ſuſceperit prout tenetur, per l.qui repertorium.ff.de cond.& demon.Bal. in conſil.137.in fin.vol.5.Ploc.in l.ſi quando.nu.194.
† C.unde ui.vol.concludit etiam ſecundum † commu nem contra eos iurari in litem. Bal.in auth. ſed cum
2 teſtator in fi.C.ad leg. Falcid. ubi loquitur † de procuratore ad negotia & Ploc.ubi ſuprà.Vital. in trac. clau.in uerbo Nil nouari inuent.confec.penden.col. 25.uerſi.aliud quod fit à creditoribus. ac Franc. Pauin.in tractat.de offi. & poteſt. cap.ſede vacan.in 8. q.2.par.princ.nu.13.ubi loquitur de procuratore ali cuius ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Tutor inuentarium facere tenetur.*
2 *Tutor ſtatim quòd ordinatus eſt, inuentarium facere tenetur.*
3 *Tutor ante confectionem inuentarii non poteſt admi niſtrare niſi id, quod non recipit dilationem.*
4 *Tutor non conficiens inuentarium dicitur in dolo.*
5 *Tutor non conficiens inuentarium, & qui eſt in dolo præſumpto, remoueri debet tanquàm ſuſpectus.*

1 TRigeſimooctauò quid † in tutore, iure nemini dubium eſt, tutorem teneri ad confectionem inuentarii.l.tutor qui repertorium. ubi Bart.ff. de adm.tuto.in l.legitimos,uerſic. ultimo ſcias.ff. de legit.tuto.docto.in l.nemo poteſt, de lega.1. Cuma. in conſi.15.Alex.in conſ.74.in princ.vol.7.Barba.in
2 conſi.62.in prin.vol.2.& † mox quàm ordinatus fue rit.l.tutores,ubi Bart.C.de adm.tuto.Barto.in l.fi.§. cum igitur.C. de iure deliberand. Rui. in conſil.29.

nu.

nu.11.vol.5.Vital.in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. penden. colum.25.uerſicu. Item aliud quòd per curatorem. Bertach. in tractat. de
3 Epiſ.4.part.nume.34.Et ante † ipſius confectionem aliquid adminiſtrare non poteſt niſi id quod non recipit dilationem.dicta l.tutor qui repertorium.Cuma.in conſi.15.in prin.Corn.in conſi.239.col.penul. uerſ.quod ſaltem, vol.4. Socin.Iun.in conſi.22.col.1.
4 uol.2.†aliàs dicitur eſſe in dolo,& contra eũ agi poteſt ad intereſſe declarandum per iuramentum in litem. Fulgo.in conſi.25.Alexand.in citato conſi.74. Socin. Iunio. in conſil.149.nume.9. volumi. 1. Afflic. deciſ.360.Bero.in conſil.128.nume.14.volu.3.Plot. ad ſaturitatem in repe.l.ſi quando. nume.194. unde ui.Phanut.in tractat.de in lit.iur. parte 2.nume.29. & Gul.Mayne.in l.qua tutella,nume.53. de reg. iur.
5 item† & remouendus erit tanquàm ſuſpectus.Curt. Senio.in conſil.66.col.19. Roma. in conſil.118.in 2. dubio. ubi dicit, ipſum incidere in ſuſpitionem furti rerum pupillarium ſi inuentarium non conficiat, & quòd cauſam eius in carceribus dicere debet.l.3. §.tutores.ff. de ſuſpec. tuto. quam quidem carceris pœnam ſi mulier eſt tutrix & inuentarium non fecerit, capi poterit & carcerari, ut per Barto. in l. ſi quid ſub conditione.ff. de teſta. tutel. & ſubiici torturæ. Item & quòd infamiæ notam incurrit. l. fin. C.de arbitr. tutel. Quæ autem ſuprà dicta ſunt de tutore, ſanè intelligas procedere in omni tutore ſiue teſtamentario, ſiue legitimo, ſiue datiuo.gloſſ.in d.l.tutores.C.de teſta.tutel. ubi Salic.in 11. q. & Vital.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec. pend.col.25.uerſi. 21.quæro.

SVMMARIVM.

1 *Tutor honorarius uel datus cauſa notitiæ inuentarium facere tenetur.*

1 TRigeſimononò ambigui quoq; iuris nõ eſt† tutorem honorarium uel datum cauſa notitiæ teneri ad confectionem inuentarii, ut per Barto. in l.tutor qui repertorium, col. 1.uerſi.quærit glo.ff. de admi. tuto. propter generalitatem ipſius legis. Item & quia particeps eſt tutelæ, ut ibi in glo. & in l.3.§.nec putet,eo.tit. & quia ei ſolui poteſt.l.quod ſi fortè.§.1.ff.de ſolutio.Idem tenet Sal.in l.tutores, col penul.uerſi. quæro quid de tutore honorario.C. de admin.tuto. Vital. in tract. clauſ.in verſi. Nil nouari inuent.confec.pend. col.39.verſicu.vigeſimo ſecundò quæro.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus in locum abſentis inuentarium facere tenetur.*

1 QVadrageſimò idem etiam dicendum eſt† de tutore dato in locum abſentis, ut inuentarium faciat teneatur,teſte Bart.in l.qui repertorium, col.1. verſi. ſed quæro quid de actore.ff.de admi.tuto.Porcel.in tract.de inuent.c.2.nu.15.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus ad unum articulum, inuentarium conficere tenetur.*

1 QVadrageſimoprimò quid † de tutore dato ad unum articulum, vt ad adeundā hæreditatem, an inuentarium facere teneatur? Iacob.de Areti. in l.tutor qui repertorium. ff.de admi. tuto. tenet quòd non,per l.impuberi.ff.de tuto.& curato.dat.ab his.quod putat uerum eſſe Bar.ibi col.1.uerſi.quæro utrum tutor, quia inuentarium ſolum fieri debet de corporibus; quæ inueniuntur in bonis pupilli, ſed ante aditam hæreditatem nullum tale reperitur. ſub dit tamen tutius eſſe quòd inuentarium fiat, & in ipſo ſolū ponatur ius adeundi hæreditatem. & Bar. ibi ſequitur Alex.in 3.addit.Idem Bart. in l. ſi hæreditas,in fin. principii de teſta.tutel. Sali.in l.tutores, col.penult.uerſi quæro undecimò. C.de admi.tuto. ubi dicit, ridiculum eſſe dicere quòd faciat inuentarium de eo tantū ad quod datur, quia etiam in actis iudicis conſtat, quòd ſolum ipſe poteſt ius ſeu facultatem adeundi poni in inuentario, quod iudex qui eum dedit,vt adeat iam ſupponit, ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor inuentarium facere tenetur.*

QVadrageſimoſecundò a iure etiam diſponitur
1 † quòd coadiutor inuentarium facere teneatur,ut per Bar.in l.tutor qui repertorium, col. 1.uerſic. ſed quæro quid de actore. ff. de admi. tuto. Porcel.in trac.de inuentar.c.2.nu.15.Ioan.Bertach. in trac.de Epiſ.in 4.par.nu.39.

SVMMARIVM.

1 *Actor inuentarium facere non tenetur.*

1 QVadrageſimotertiò quid de factore conſtituto à tutore, an ad confectionem inuentarii teneatur? Dic quod non, quia non gerit nomine ſuo, ſed per tutorem conſtituitur, & eius periculo. l. decreto. in princ. ff. de admi. tuto. l. ſolent. ff. de tutel. ideo ſufficit quod à tutore ſit confectum: quia tutor per eum gerit. l. ita autem. §. geſsiſſe. ff. de admini. tuto. ita Bart. in l. tutor qui repertorium, col. 1. verſ. quæro quid de actore. ff. eo. titu. ubi Alex. ibi in addit. ad Barto. & in l. actor. ff. rem rat. hab. Ancha. in cle. 2. de ſtat. monach. Porcel. in trac. de inuent. c. 2. num. 15. Hinc videmus quòd actor tutoris debet in iudicio producere actoriam, & tutelam, aliàs non debet audiri. l. liberto. §. quamquàm. ff. de nego. geſt. Ioan. Bertach. in tract. de Epiſ. in 4. part. nu. 39.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus bonis inuentarium conficere tenetur.*

1 QVadrageſimoquartò curatori datus bonis inuentarium conficere debet, ut per Bart. in l. tutor qui repertorium, in princ. ff. de admin. tuto. per l. fi. C. de curat. furio. & l. de creationibus. C. de epiſ. audien. Salic. in l. tutores, in princip. C. de adm. tuto. Iterum Bart. in l. 1. §. fin. per illum text. ff. de uentr. in poſ. mit. & in l. 1. in verſi. quæro an curator, poſt glo. ibi, quam dicit ſignandum. ff. de curat. bon. dand. Specul. in tit. de inſtru. edit. §. nunc verò aliqua, verſi. ſed an tenetur. & in ti. de tutore. §. generaliter, col. 1. Bar. in l. fi. ff. de autho. iud. poſ. Bald. in aut. ſed cum teſtator, in fi. princ. C. ad l. Falcid. Porcel. in tract. de inuent. c. 2. nu. 19. Ioã. Bertach. in trac de Epiſ. in 4. par. nu. 38. ubi inquit poſt Bald. quòd cõ

tra

tra eum poteſt obiici exceptio inuentarii non confe ćti.Natta in conſi. 574. col.1. Bero. in conſi.171.nu. 39.vol.2.Moder.in conſuet.Paris.§.1.glo.6.num.13. Plot.in repet.l.ſi quando.nu.194.C.unde ui.vbi contra eum iuratur in litem ſi non confecit inuentariũ. Fran.Pauin.in trac.de off. & poteſt. ſed.vacant.in 8. q.2.par.princ.nu.13.Vital.in trac. clauſ in uerbo Nil nouari inuent. confec.pend.col.25.uerſi. Item aliud † Bal.in conſi.172.col.fi.vol.2.ubi dicit,hanc eſſe† communem opinionem & ita practicari. Bald. in conſil. 146.col.2.uerſi.ſed poſito,vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad litem inuentarium conficere tenetur ſed contra nu.5.declaratur tamen ut ſeq.numeris.*

2 *Exequutor inuentarium facere debet de præceptis.*

3 *Inuentarium ſicut fit quando multa occupantur bona, ita quando eſt una res uel duæ.*

4 *Idem iuris eſt de toto quòad totum, quod de parte ad partem.*

5 *Inſtrumenta minoris poni debent in inuentarium.*

6 *Curatori ad litem non poteſt ſolui.*

7 *Inuentarium eſt de inuentis.*

8 *Inuentarii effectus eſt repellere tutorem uel curatorem ab adminiſtratione priuſquam inuentarium conficiat.*

9 *Appellatione pendente ſuper munere tutelæ licèt poſſit dari tutor pupillo ad adeundã hæreditatem talis tamen tutor inuentarium facere nõ tenetur, cum nihil habeat adminiſtrare.*

1 QVadrageſimoquintò. Quid † de curatòre ad litem, an ad cōfectionem inuentarii teneatur? prima eſt opinio, quod ſic, per generalitatem tex.in l.decretationibus.C.de Epiſ.aud. & in l.tutores.C.de admi.tuto. quæ nullum excipiunt per text.
2 in l.nulli.§.ſin autem.C de Epiſ. & cler.ubi † de perceptis exequutor debet facere inuentarium.2.ita in terminis uoluit Bal.in d.l.nulli,col.pen.in prin. verſic.ſed quid de curatore, ubi dicit poſt Iacob.Butr. eū de iure teneri ad confectionem inuentarii ſi ad eū aliquid peruenit. Sequitur Franc.Pauin. in tract. de off.& poteſt cap. ſede uacan. in 8.q.2.part.nu.13. Bart.ſi vacantia, in uerſi.nota quòd ſicut. C.de bon.
3 uacan. lib.10.ubi ait, † ꝙ ſicut inuentarium fit quando occupantur multa bona, ita eodem modo quando eſt una res uel duę,ut in uerſic.quæ forma, & ſic eſſe argumentum quòd curator datus ad vnam litē debet facere inuētarium ut ibi in una re ſiue in una actione. Odofr.in dicta.l.de creationibus, & in l.tu-
4 tores.C. de admi. tuto. † quia idem iuris eſt de toto quòad to tum, ꝙ de parte quòad partem. l. quæ de
5 tota. ff. de rei vend.Itēm † ſi in inſtrumenta minoris debent poni in inuentario, ergo & illud ius in eo poni debet,ad quòd datus eſt curator.

Altera uerò eſt,quòd non, vt voluit gloſſ. in l.de creationibus,in uer. conſcriptio,in fi.C.de Epiſ. au-
6 dien.†cum non poſsit ei ſolui ad inſtar procuratoris ad litem. arg.l. hoc iure. ff. de ſolut. ubi etiam idem
7 tenuit ibi Bar. & Salic. † quia inuentarium eſt de inuentis; ſed hic nihil inuenit vltra de mandata,ergo
8 &c. Item † effectus inuentarii eſt repellere tutorem vel curatorem ab adminiſtratione priuſquām inuentarium conſiciat.l. tutor qui repertorium. ff. de admi.tuto. ſed curator ad litem non ante reperit admi

niſtran-

niſtrandum, quam obtinuerint in cauſa, & ſolutio ſit ei facta, & tunc eam reddit uel ſoluit ſuo principali uel adminiſtratori ſubdit tamen ſe non diffiteri quin librum de expenſis factis in lite & de receptis facere teneatur.argu.l.ſi quando. C. de bon. vacan.lib.10. Quam etiam partem ibi amplexi ſunt Iacob.de Are.Petr.Cy.& Alber. ubi etiam tenet idem uoluiſſe Guid.de Suza.in leg. ad protegendum, per
† illum text. C.de in lit. dand. ac Oldra.& † communiter alios, & quòd ſæpe ita obtinuit. Iterum Albe. in l. tutores,in princ C.de admi.tuto. dum ſe remittat ad ea quæ dixit in dicta.l.de creationibus. Ange. in §.1.col.fi.inſtit.de curato.in §. penul. col.25.uerſ. & nota,de excep. cum eius officium non conſiſtat in adminiſtratione.d.l.ad protegendum. in §. certũ. in fi.qui tuto.teſta.dar.poſ.Bart.in l.ſi hæreditas,in fin. 2
princ.ff.de teſta.tute.in l.tutor qui repertorium,col. 1,ff.de adm.tuto.& in l.& ſi ad ſpecies. ff.rem pup.ſa lu.fo.vbi ait,quòd ſicut curator ad litẽ non poteſt ſolutionem recipere, ita nec inuentariũ facere, quod ſit poſtquàm recipit.l.nulli.§.ſin autem.C.de Epiſ.& cler.& in l.1.col.1.verſi.quæro an curator.ff.de cura. bon.dand.Spec.in tit.de actore ab uniuerſitate, col. 2.in fi.in uerſi.puberes.ubi tradit eum non teneri ad confectionem inuentarii, cùm eius officium non cõſiſtat in adminiſtratione, & quia ſibi ſolui non poteſt.dicta.l.hoc iure. quid enim in eo poneret, & de quo ipſum faceret; & quid ſcriberet ſe inueniſſe & recepiſſe, quaſi dicat, ſi nihil recepit, de nihilo habet facere inuentarium: & ibi Ioan. Andr. in addit. incip. inuentarium. ubi etiam refert ita tenuiſſe Accurſ.Mart.de Franc. Corn.in conſi.81. litera e. colum.4.Bertach. in tract.de Epiſ.in 4.par.num.38. Moder.in conſuet. Paris. gloſſ.6.§.6.num.13. Salic.

in l.tutores,in prin.C.de admi. tuto. Aufrer.in add. decif.Tholoſa.246. & hanc eſſe † crebriorem docto. ſententiam, & quæ ſeruatur in practica aſſerit Bald. in conſi.172.in fi.vol.2.

Quid dicendum de iure videtur ꝙ fœdere diſtinctionis huiuſmodi ſententiæ, & opiniones poſsint concordari, videlicet ut prima locum habere poſſit quando aliquid ad manus talis curatoris perueniſſet, ut dicit Alber.de Roſa. in dicta.l.de creationibus, inquiens hoc eſſe tolerabile. & ut etiam tenent alii ſuprà citati, & Ioan. de Plat.in l.ſi quando, in primo notab.in fi.& in l.ſi vacãtia,col.fi.eo.tit. Item & q̃d ſecũdũ locũ ſibi vendicet ubi aliquid nõ peruenit ad manus ſuas. pro qua etiam ſententia facit id quod dicit Imol.in l. cum ab una.§.tutor.ff.de appella.vbi dicit † quòd licèt pendente appellatione ſup munere tutelæ poſſit dari tutor pupillo ad adeundam hæreditatem, tamen talis tutor non tenetur inuentarium facere, cùm nihil habeat adminiſtrare.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad unam rem tantum datus inuentarium facere non tenetur.*

1 QVadrageſimoſextò quid dicimus † de curatore dato ad rem certam? Reſponde, eum non teneri ad confectionem inuentarii, ut concludit Specu.in titu. de actore ab uniuerſitate verſi. pubeſ: quia eius officium non conſiſtit in adminiſtratione.l.ad protegendam C.de in lit.dand. curat.uel tuto.& quia ſibi non poteſt ſolui.l. hoc iure.ff.de ſolutio.& ibi Ioan.Andr.rurſus in tit.de inſtru.edit. §. nunc verò aliqua, uerſi.ſed an tenetur.Ange.in §.ad certum,

certum,uerſ.& talis tutor.Inſtit.qui dar.tut. teſtam. poſ.Bar.in l.1.uerſi.quæro an curator datus.ff.de curat.bon.dand.Bertach. in tract. de Epiſ. in 4.par.nu. 38.& ideo inquit Bald.in conſi.146.colu.2.uerſ. ſed poſito, vol.2.ꝙ curator datus ad auctorizandum diuiſioni faciendæ non tenetur inuentarium facere: quia ex quo non habet adminiſtrationem nec detentionem bonorum, nec ſe intromittit niſi de actu uerbi,ideo ad illius confectionem non tenetur.l. ad protegendum.C.de in lit.dand.ſequuntur moder.in con ſuet.Pariſien.§.6.glo.6.nu.12.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus hæreditati iacenti, inuentarium conficere tenetur.*

1 QVadrageſimoſeptimò,quid † de curatore dato hæreditati iacenti? Reſponde quòd inuentarium conficere tenetur. Bald.in l.1.colu.fi.C.ſi ut ſe ab hæred.abſti.ubi inuentarium bonorum dicti curatoris debet confici apud acta. & inuentarium quod fit apud acta dicitur inſinuatum, quia redigitur.in actis.cum qua ſentētia tranſit etiam Bertach. in tract.de Epiſ.in 4.par.nu.38.Ploc. in l. ſi quando. nu.194.C.vnde ui.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus ad prædia ſola adminiſtranda, inuentarium conficere tenetur.*

1 QVadrageſimooctauò idem dicendum videtur †de curatore dato ad prædia ſola adminiſtranda ſecundum Specul.in titu.de actore ab uni-

uerſitate,colum.fi.uerſ. quid de dato.arg.l. tutores C.de adm.tuto.

SVMMARIVM.

1 *Curator inuentarium facere non tenetur quando non expedit fieri propter exiguum patrimonium.*

1 QVadrageſimononò. Quid erit dicendum † quã do non expedit curatori facere inuentarium propter exiguum patrimonium? Conſtanter dicas quòd inuentarium facere non tenetur, quòd probatur ex dictis per Bart.in l.mediterraneæ.C. de anno.& tribu.libr.10.ubi inquit,non eſſe faciendum id in quo plus expenditur, quàm quod de commodò percipitur, tutoriq; non eſſe imputandum ſi non exigit debitum, in quo oportebat eum plus expendere quàm perciperet,& ideo inquit ibi Alex. in addit. quòd inuentarium fieri non debet eo caſu quo plus expenderetur in eius confectione, quã eſſet vtilitas.ꝙ & confirmatur per Io.de Plat.ubi ait ꝙ licèt tutor debeat inuentariũ facere ante, ꝙ non poſſit adminiſtrare niſi tempore peritura, per l. tutor qui repertorium ff.de admi.tuto.tamen hoc eſt uerũ,niſi plus expenderetur quam valerent in eo deſcripta & ſic non eſſet utilitas pupilli, quia etiam voluntati teſtatoris præferenda eſt. l. utilitatem. ff. de confir. tuto.Cacialup.in l.cũctos populos.nu.75.C.de ſum. Trin.& fide cath.Boer.in deciſ.124.nu.16.Tiraq. in tract.Iud.in reb.exig.feren.uerſ.45. quod dictum cõmendat Panor.in c.de appella. Bertach.in tract. de Epiſ.in.4.par.nu.44. Menoch. in tract. de arbit. iud. lib.2.caſu 72.nu.8.Franc.Pauin.in tract.de off.& poteſt.cap.ſede uacan.in 8.q.2.par.princ.nume.16.pro

qua

qua parte benefacit tex. in l. 2. §. ſi quis egenis, & in §. tractatur. ff. ad Tertu. ubi non ponitur mulier non petens tutorem filiis impuberibus, qui habent patrimonium puſillum & ferè nullius valoris.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium conficere non tenetur qui ſuccedit in bonis uacantibus.*

1 Quinquageſimò. Nunquid † ſuccedens in bonis vacantibus inuentarium facere teneatur? dicas quod non, ut per doct. † communiter poſt Bar. in rub. ff. de acq. hæred. & per Bal. in l. ſi infanti, col. 2. uerſi. quintò contra. C. de iure delib. quia non eſt propriè hæres, nec tenetur ultra vires bonorum, licèt inuentarium non confecerit. Barb. in c. 1. col. 3. de ſolutio. Corne. in l. fi. in princ. nu. 28. C. de iure delib. Vital. in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confect. pend. colum. 23. in princip. in uerſicu. Item non obligat.

SVMMARIVM.

1 *Patronus inuentarium facere non tenetur.*

1 Quinquageſimoprimò Patronus † de hæreditate liberti inuentarium facere non tenetur ſecundum Dyn. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr. Bald. in ſing. ſuo in uerbo inuentarium ſi non faciat.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium facere non tenetur, qui ex pacto capit hæreditatem.*

Quin-

1 QVinquageſimoſecundò quæritur † an inuentarium facere teneatur, qui ex pacto capit hæreditatem? hanc quæſtionem ponit in terminis Vaſq.in tract.de ſucceſ. progreſ.§.20.nu.2.ad quem me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Hæres defuncti qui ceſsit bonis tenetur inuentarium conficere.*

1 QVinquageſimotertiò an† hæres defuncti debitoris qui ceſsit bonis teneatur conficere inuentarium, ne teneatur in totum. Bal.in l.fi. C.qui bon. ced.poſ. tenet ꝙ non.eò quia illud beneficium tranſit in hæredem cum ſua cauſa,ſuiſque vitiis,nec in plus tenetur hæres creditoribus quàm defunctus & beneficia acquiſita per defunctum tranſeunt in hæredes quomodocunque agendo uel excipiendo competant,per l.non ſolùm.ff.de in integ.reſtit.& ut not.in l.quæ dotis.ff.ſolut.matr.& cum Bald. tranſit Vital.in tract.clauſul.in uerbo Nil nouari inuent. cōfec.pend.col.23.uerſi. tertius caſus eſt. Contrarium tenet Barba.in repet.c.Raynaldus,col.51.uerſi.octauò limita,de teſta.quia licèt iſtud beneficium tranſeat in hæredem,non propter hoc tollitur præſumptio iuris quod hæres ſurripuerit bona hæreditaria ut in §.ſi uerò non fecerit, in auth.de hęred. & Falcid.Præſumendũ eſt enim quòd fuerit lucratus.l.cura. §. deficientium. ff. de mune. & hono.tum etiam quia legem contempſit loquentem de inuentario, ut in l.fi.§.ſinautem.C.de iure delib.& ideo licèt nō teneatur ex perſona, tenetur tamen ex perſona ſua ex quo legem contempſit.& idem repetit in col.54.

uerſi.

uerſic.ſextò limita. hanc partem prius tenuit Salic. in l.1.in fi.C.qui bon. ced. poſ. per eaſdem rationes quas allegat Barba.ibi, qui finxit ſe illum non vidiſſe, dicens cogitandum quia hæc eſt fortis ratio. Alex.in dicta l.fi.§. etſi præfatam, ubi etiam Iaſ.col. 2.uerſi.ſecundò limita.

TERTIA PARS.

Quæ requirantur in Confectione Inuentarii.

AN ſignum crucis ſit de ſubſtantia inuentarii, adeo ut ſi in capite ipſius confectionis hæres manu ſua non aſcripſerit ſignum prædictum, inuentarium vitietur? Prima facie dicendum videretur quòd ſic;quia iſta ſolemnitas non eſt modica, quia introducta in honorem Dei.l. Titia. ff.de aur. & argen. lega. item ſignum Crucis facit Deum eſſe teſtem.§. quantum,in auth.quib.mod.nat.effi. legit. Plus qui facit ſignum Crucis aſpiciendo hoc terribile ſignum in mente cauet,ne committat fraudem uel dolum, ſicut interdũ Euangelium ante oculos poſitum, facit quòd uidetur iuratum ſacro ſanctis tactis ſcripturis. Facit quoque nam licèt regula ſit ꝙ omiſſio leuis ſolemnitatis non uitiat.l.1.in fi.ff.de uent.inſp.tamen fallit niſi cõditionaliter ſit facta mẽtio alicuius leuis ſolemnitatis,puta ſi fiat ſic & ſic; nam tunc ſi una ex illis leuibus ſolemnitatibus omittatur,uitiatur actus.ita ſingulariter Bald. in auth. matri & auiæ. C. quand.

mul.

mul.tut.off.fung poteſt. per tex.in l.prætor,in princ. ff.de colla.bono.ſed text. in dicto. §. etſi præfatam, loquitur cōditionaliter,dum dicit, etſi præfatam ob ſeruationem ſolidauerint,ideſt in ſolidum omnia ca pitula obſeruauerint, tunc habeant beneficium inuentarii & non aliter. Præterea hanc partem tenet Ray.in l.fi.in princip.C.de iure delib. per text.in dicto.§.etſi præfatam,iuncta gloſ.1.& per §.ſancimus, in uerſi.modum,in auth.de hæred.& falcid. Fulg. in dicta.l.fi.in prin.quia omiſsio leuis ſolemnitatis uitiat niſi per ruſticitatem uel conſuetudinem regionis omittatur. quod dicitur probari ſecundum eum in l.1.§.fi.ff.de ventr.inſp. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio,ubi etiam Imol. ff.ſi pluſquam per l. Falcid. Abb.in conſi.73.col.2.vol.2.Salic.in d.l.fi.§.1.Guid. Pap.in trac.de inuenta. nu.7. & hanc ſententiā etiā tenuiſſe Franc.de Ramp.in d.l fi. refert Imol.in l.2. §.ſi prius,col.1.ff.de uulg. & pupil.Item Specul. qui habuit experientiam totius practicæ vtriuſque iuris,& qui bene nouit ſcripta antiquorum poſuit ſignum Crucis in inſtrumento inuentarii, ut in tit. de inſtru.edit.§.fin.ad fi.Idem uoluit Barba.in repet. c. Raynaldus, col.68.verſi.2.hæres,de teſtam.

Sed his non obſtantibus altera pars eſt uerior, æquior,& † magis communis, à qua in iudicando, & in conſulendo non eſt recedendum. nam primò hāc partem tenuerunt Cy. Bart. Bal. Ang. Paul.de Caſtro Alber.de Roſa.& Alex.in dicta.l.fin. in princip. quoniam huiuſmodi ſolemnitas eſt modici præiudicii, quæ non habet uitiare inuentarium. arg.l.1.in fi. ff.de ventr.inſp.ubi Bar.idem tenet & in l.cum hi.§. ſi prætor,in fi.ff. de tranſac.ubi dicit,quòd ſi ſignum Crucis omittatur in inuentario, quòd non uitiat neque mutat ſubſtantiam; quia eſt leuis ſolemnitatis.

tis.ubi etiam Iaſ.col.2.in princ.Barto.Imol.Alex. & Aret.in l.2.§.ſi prius.ff.de uulg. & pupil.Alex.Iaſ. & Herma. Dec.num.9.in rubr.ff.de no.oper.nunt.Bal. in §.quibus, in prima conſtit. C.Ang.in §. ſi uero nõ implens.in authen.de hæred.& falcid.Angel.à Gambel.in tract.de teſta.glo.12.col.1.uerſic.& aduertendum eſt, ubi ait ita tenendum? Dec. in conſi.633. col.3.verſi.1.in c.1.in prin.de teſtib.& in c.1.n.1.6.de fide inſtr.dum allegat Bar.& docto. communiter in l.ſi.C.de iure delib.Iaſ.in conſi.26.col.1.verſi. pro eadem parte.vol.1.Fel.in c.cum dilecta,col.7.uerſi. tertium ſignum,de reſcrip.dum ſe remittit ad dicta per Bar.& Alex.in dicto.§.ſi prius.Brun.in tract.de reb. ſeu diſpo.dub.in §.ſequitur videre.num.10. Bald.in conſi. 383.col.2.vol.1. ubi dicit quod ideo præmittitur ſignum Crucis in inuentario, ne illotis manibus ad ipſum procedatur.l.1.ff. de orig.iur. & quòd hæc opinio ſapit naturalem æquitatem, quia pœnæ quæ ſurgunt, ſi omittitur ſolemnitas,tamen ſi ſeruatur veritas,non ſapiunt bonam nec rectam conſcientiam, ut no.in c. quamquàm, de uſur.in 6. & ſubdit quòd ſignum Crucis non eſt propriè initium inuentarii, quia per illud non proceditur ad aliquod ſubſtantiale inuentarii, & ꝙ errare uidentur Aduocati qui dicunt ꝙ talis pro princi. inuentarii fecit ſignũ Crucis, quia ponunt hæredem in magno periculo. Iterum in conſi.145. in princ. volum.4. ubi tradit, quòd ſignum inuentario eſt res ceremonialis, quia inuocatio Dei in princip.inuentarii & ſignum Crucis paria ſunt. argu.l. Titia.ff.de aur. & argen.lega. Iacob.Butrig.in auth. ſed cum teſtator.C. ad l. Falcid. Vlterius nos videmus quòd practicus Papien. qui fuit excellens practicus in for. libel.quo. pet. hære.ex teſtam.in uerſ. purè.colum.ſi.dum ponit for

mam

non eſt de corpore inuentarii.

Non obſtant quæ in oppoſitum adducta fuerunt, quia ad primum fundamentum, ꝙ iſta non eſt modica ſolemnitas, quia introducta in honorem Dei; reſpondetur duobus modis. Et primò quòd attenta iſta ratione idem eſſet dicendum quòd inuocatio Domini in princ. Inſtrumentorum deberet apponi, † quia introducta in honorem Dei,& tamen† communis opinio eſt in contrarium,ut per Bald.in l. ſi quis ex argentariis.§.ſi initium, colu.3.ff.de eden. Dec.in c.1.nu16.de fide inſtru.quia iſta eſt leuis ſolemnitas, quæ non vitiat.& hanc eſſe communem opinionem firmant Ruin.in rubr.de no.oper.nunt.nume.3.in fi. Franc.Nicon.nu. 125.& Herma.Det.nu.11.in fi.Moder.in tract.de Iudęis.c.10. Vaſq. in trac. de ſucceſ. crea.§.9.nu.8.

Secundò reſpondetur ſecundum Bald. in conſil. 383.col.2.vol.1. quòd etiam dato quòd dicta ſolemnitas non ſit leuis propter dictam reuerentiam, tamen quòd non eſt grauis, & ideo omiſſa non uitiat. arg.l.1.in fi. ff. de uentr. inſp. Non obſtat ſecundum quòd ſignum Crucis facit Deum eſſe teſtem, quia reſponderi poteſt, quòd idem eſſet dicendum de inuocatione Domini, & tamen (ut dictum eſt) illa ſecundum communem non eſt de ſubſtantia inſtrumẽti. Ad tertium quoque reſpondetur ut ſuprà. Non obſtat tex.in dicto. §. etſi præfatam, quia dicitur ꝙ illa uerba debent referri ad ea quæ non ſunt leuis ſolemnitatis,cùm ſpecialiter ibi tex. non faciat mentionem de ſigno Crucis. ita Imol. in l.2.§.ſi prius, col.1.ff.de uulg. & pupil.ubi Alex.& Iaſ.Alexan. in l.ſi.in princ.col.7.in fi.C.de iure delib.Brun.in tract. de forma, in §. quando aliquid cenſeatur trad. pro ſor.col.14.c.ſi.uerſi. etſi. ubi dicit ꝙ etſi lex pluribus

ſolem-

ſolemnitatibus, nummatis, quas requirat ad actum quarum aliquæ graues ſint, aliquæ uerò leues, generaliter ſubiungat, quod uult obſeruari talis clauſula, nõ refertur ad leues. Non obſtant quoque dicta per Bald. in dicta authent. matri & auiæ. quia illud procedit quando ſpecificè & per modum conditionis eſſet facta mentio de leui ſolemnitate, ita Alex. in dicta.l. fi.in princ.col.fin.in prin.C. de iure delib. & in dicto.§.ſi prius, col. 2.uer.nec obſtat dicta.l prætor, ubi Iaſ.etiam ſequitur Alex.col fi.in fin. Pariter quoque non obſtant notata per Fulgo. quia reſpondetur, quod imò dicta.l.1.§. fin.ff.de ventr.inſp. ſecundũ intellectum gl.& Cy. ibi probat quòd in leuibus ſuccurritur omnibus indiſtinctè, ſed in non leuibus ruſticitati, ita Alex.in dicto.§.ſi prius, col. 2. ubi etiam Iaſ.& in dicta.l.fi.in prin.col.fin.in prin.Herma.Der. in rubr.de no.oper.nunt.nume.9. verſicu. 2.ubi bene declarat dictam l. primam, & in ſpecie Fulgo.etiam reprobat Iaſ.in dicta.l.fin.in princ. in verſi. ſeptimò requiritur.

Sed poſito (ſed non conceſſo) quòd eſſet de ſubſtantia in qua parte deberet apponi, dic in quacunque parte, ſecundum Bald. in conſ.383. colum.fin. in princ.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium inchoari debet à die ſcientiæ hæreditatis, ſed contrà ſecundum magis communem, ut in nu. 2.*

2 *Hæres quis non dicitur ante hæreditatem aditam.*

3 *Fideicommiſſario ante reſtitutam hæreditatem re uel uerbo, non currit tempus ad conficiendum inuentarium.*

4 *Hæres pendente dilatione inuentarii conficiendi non poteſt conueniri.*

5 *Lex una declaratur per aliam.*

6 *Hæredi qui malicioſe differt hæreditatem adire, currit tempus ad conficiendum inuentarium à die ſcientiæ delatæ hæreditatis.*

QVæritur quo tempore incipit currere tempus confectionis inuentarii? Duæ reperiuntur opiniones, quarum prima eſt † quòd à die qua quis ſcit hæreditatem fore ſibi delatã, ut primo probatur per text. in l. fi. §. ſin autem dubius, in uerſic. delatam. C. de iure delib. ſecundò per glo. in auth. ſed cùm teſtator, in uerbo ſtatutum. C. ad l. falc. per quæ iura ita tenet Ricar. Malumb. in d. l. fi. quẽ ſequitur. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de inſtru. edit. §. ſi verſic. huius autem. quod etiam uult & ibi Specu. Odofr. in d. auth. ſed cùm teſtator. Abb. in conſi. 73. col. 3. verſi. debet etiam inuentarium, vol. 2. Salic. in d. l. fi. §. ſin autẽ dubius. & Pract. Pap. for. libel. quo. pet. hæred. ex teſta. in uerbo purè, col. fi. Nam, ſi aliter diceretur, ſequerentur duo abſurda, primùm nimia dilatio in ipſius inuentarii cõfectione, quæ cauſari poſſet in non adeundo hæreditatem. Item quia circumueniri poſſet in pluribus diſpoſitio dictæ l. fi. circa confectionem inuentarii; quæ ambo euitanda ſunt, ut primũ patet. C. de temp. app. l. 2. & in l. 1. C. de dila. & ſecundũ per l. cũ hi. §. ſi cum lis. ff. de trãſ. Bero. in q. 62. in fi. Bar. Bene. in trac. de temp. utili. c. 3. verſ. 7.

Secunda eſt opinio, quòd incipiat currere à die aditæ & non delatæ hæreditatis, per text. in dicto. §. ſin autem dubius, in uerbo delatam, iuncta gloſſ.

ſbi in dicto uerbo, quæ ſuplet & aditam hæreditatem. nam, ut in ea dicitur poſt aditam hæreditatem currit hoc tempus. Item & per text. in dicta.l. fi. in §.ſi uero poſtquàm, ubi text. requirit expreſsè ꝙ ſit adita hæreditas, & ita per dictas gloſſ. & text.hanc partem tenent ibi Bar.Bal.Pau.de Caſtro Ang. Odo fr.& alii in d.l.fi.§. cum igitur. Bart. in l. ſi in diem. ff.de cond.& demon. & in l.3.§. ſi quis hæredi. ff. de ſtat.lib.gl.in d.l.fi.in §.ſin autem à locis in uerbo con ſummationem, in fi.

Quid dicendum? Reſpondeas omnino eſſe tenẽdam hanc ultimam partem. quam etiam tenuerunt Bald. in dicta auth. ſed cum teſtator, colu. 2. uerſi. præterea, ad l.Falcid.ubi inquit, ꝙ inuentarium debet fieri poſt aditam hæreditatem, etſi fieret ante, confectio eſſet præpoſtera & inordinatè facta. Ang. in §.extraneis.col.1.ubi & Ioan.Fabri colu.2.de hæred.qualit.& differ.Paul. de Caſtro in conſi.212.col. 2.ſecundum antiquam impreſſionem. Cuma.in conſil.73. col.2.uerſi.præterea,& in conſi.128.cui conſi. ſe ſubſcripſit dominus Proſdo. de Comitibus ubi reprobat Ioan.Andr.ubi ſuprà.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.8.uerſi.reſtat nunc videre. ff. ſi plusquàm ꝑ

2 l.Falcid. quia † inuentarium debet confici per hæredem,non per eum qui hæres non eſt, ergo antequã non ſit hæres non currit tempus. l.1.§. quod autem. ff.quo lega.l.ſtatu liberos.§.ſi quis hæredi. ff. de ſtat.

3 lib.ubi etiam dicit † ꝙ fideicommiſſario non currit tempus ante reſtitutam hæreditatem re uel uerbo, quia fideicommiſſarius ante non eſt, licèt fideicommiſſarius ſcriptus.Guid.Pap.in deciſ.571.col. fin.& in ſuo tract.de inuent.nu.10. Porcel. etiam in tract. ſuo inuent.c.1.nu.15.Affl.in c.1. nu.29. an agna. uel M.Bertach.in tract.de Epiſ.in 4.par. nu.34. Vital.in

tract.

tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.co nfec.pend. col.4.in princip.uerſicu. tu autem dicas. & hanc eſſe
† †communem opinionem inquit Roma.in conſil.84. & Barba.in repet.c.Raynaldus, col.59.in fi.licèt ipſe aliter teneat,de teſta.imò hanc frequentiori calamo receptam atteſtantur Alex.in dicta. l.fi.in princ. col.3.ubi etiam Iaſ.col.fi.& Iacob. de Sācto Georg. Dec.in conſi.633.col.2.uerſi.ſecundo quæritur.Gul. Benedic.in repet.c.Raynutius, in uerbo mortuo itaque teſtatore.nu.398.Soci. Iun.in conſi.19.num. 26. uol.3.Alcia in conſi.615.in fi. & in conſi.139.nu.4.in 3.tomo,& in conſil.32.nu.14.lib.6.in 2. tomo. & ita aliàs dixi ut in conſil.73.nu.16.vol.2. Vilalob. in ſuis communibus opinionibus in uerbo inuentarium. nu.95.& uerè iſta opinio ratione comprobatur per text.in dicta.l.fi.§.donec.nam ſi ante agnitam hæreditatem cederet dies inuentarii proculdubio prouiſio dilationis de qua ibi † ne hæres infra dilationem
4 inuentarii conueniatur,eſſet fruſtratoria, quod omnino non eſt dicendum,ut per Roma.Dec.& alios in locis ſuprà citatis. & eò magis hæc pars amplectenda eſt,cùm ſit text.ad literam in dicto §. ſi uerò poſtquàm,qui cauillandus non eſt.

Non obſtat modò,q ſit text.in contrariū in dicto. §.ſinautem dubius,in uerbo delatam : quia ut ſuprà abundè dictum fuit, ille tex.ſuppleri debet per tex. in dicto. §. ſi uero poſtquam ubi requirit aditionem
5 hæreditatis.Nec eſt inconueniens † φ una pars legis per aliam declaretur.l.utrum.ff.de pet.hæred.not.in l.1.ff.ſi.cert.pet.Soci.in l.1.in primò notab.ff.de reb. dub.Similiter non obſtat φ ſi expectaremus tempus aditionis poſſet hæres differre ac machinationes, & fraudes cogitare, & ſic circumſcribentur dicta l.fi. quæ talibus intendit obuiare,ut in eo.§.ſed quia qui

dem. Quia reſpondetur, ꝙ huic fraudi poſſunt occurrere creditores, & legatarii ſi eis videtur faciendo præfigi tempus ad adeũdum, ut per Alb. & alios in d.l.fi.§.ſin autem dubius, col.2.uerſ. ſed poſſet; Intellige tamen ſupradicta procedere quando hæres poſsideret, ſecus ſi non poſsideret, ſed petitione hæreditatis ageret; quia ſibi non curreret tempus nec in pœnas iuris incideret donec finita fuiſſet quæſtio hæreditatis; qua finita tempus curreret & nõ prius, teſte. Bald. in l. facultas defenſionis. C. de iure fiſci, lib. 10. argu. l. ſi quis in graui. §. fi. & in l. qui poſthumos. ff. de Syllan. quod dicit eſſe notandum: ſequitur. Guliel. Benedic. ubi ſuprà, Vital. in tracta. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. pend. col. 5. uerſ. ad unum tamen quod inquit notandum.

Hanc quoque communem & receptam doctorũ
6 ſententiam limita non procedere quando † hæres maliciosè differret adire hæreditatem, quia tunc incipit currere ante aditam hæreditatem, ut per Bar. in d.l.fi.§.1. Ang. in §. hæc ſtipulatio. col. 8. uerſ. reſtat uidere. ff. ſi pluſquàm per l. falcid. Roma. in conſi. 84. Cuma. in conſi. 73. col. 2. Paul. de Caſtro in d.l.fi.§. cum igitur, col. 2. uerſi. iſtam rationem. & Iaſ. in d.l. fin. in princ. in fi. Bertach. in tract. de Epiſ. in 4. part. nu. 35. Gul. Benedic. in repet. ca. Raynutius, in uerbo mortuo itaque teſtatore. nu. 398. & ita aliàs dixi in conſi. 73. nu. 34. vol. 1. Neuiza. in conſi. 9. nu. 14. uerſi. prætereà, & Vital. ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis non inducitur per confectionem inuentarii.*

Sed

1 SEd an† per confeſſionem inuentarii hæres dicatur adire. Cy.in l. fi. §. ſi uerò poſtquàm per illũ tex.C.de iure delib. tenet ꝙ videatur adita hęreditas,quæ non poſsit repudiari. In contrarium tamẽ eſt veritas,ut hæres non dicatur adire,ſi aliàs non declarauerit ſuam voluntatem. d.l.fin.§. ſinautem hoc aliquis, uerſ. non recuſauerit. ubi requiritur ꝙ poſt inuentarium hæres repudiet, uel adeat, ut ibi tenent Salic. Alex. & Iaſ. rurſus Sali. ibi in §. ſin autem dubius. Ratio etenim eſt, quia potuit eſſe ꝙ inuentarium fecerit hæres ut magis eſſet certus de uiribus hæreditatis,quàm animo adeũdi.& ideo, cùm actus iſte non inferat neceſſariò aditionem, non probatur ex hoc animus adeundi. quam partem tenent Ruin. in conſil.1 13.nu.4.uol.3.Neuiza.in conſi.9.nu.14. &
† Franc. Marc.in deciſ.29.ubi aſſerit hoc eſſe† de omnium conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium inchoari debet infra triginta dies à die aditæ hæreditatis.*

1 INuentarium † quando inchoari debeat? Dic ꝙ infra triginta dies à die aditæ hæreditatis.l.fin.§. ſinautem dubius. C.de iure delib. ubi Bart.& cæteri
† † communiter.Ang.& Fab.in §. extraneis. Inſtit. de hæred.qual.& differ.Bald.in conſi.383.col.2.volu.1. & 145.in prin.vol.4.Prat.Pap.in for.libel. quo. pet. hæred.ex teſta.in uerbo purè.col.fin.in princ.Dec.in conſi.633.col.2.uerſi.ſecundò quæritur. Ang.a Gambel.in tract.de teſta.in glo.112.col.1. Guid. Pap. in tract.de inuentar.nu.10.Porcel.in tract.de inuent.c. 3.nu.11.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium non dicitur inchoatum ex oppoſitione ſigni Crucis.*

2 *Inuentarium dicitur ab inueniendo.*

1 NVnquid † pro exordio inuentarii ſufficiat ſignum Crucis appoſitum in eo ſi requireretur. Bal.in l.fi.in §.cum igitur,col.3.verſicu.quæro ergo.C.de iure deliber. determinat quòd non, quia
2 † inuentarium dicitur ab inueniendo, & res per ſignum Crucis non inuenitur, igitur ſine re nullum erit exordium: & hoc eſt quod dicit litera exordiũ ſuper literis, allegat tex. in l.ſi quis intra. C.de bon. præſcrip.& in l.nulli. C. de Epiſco. & cler. Paul. de Caſtro ibi col.1.uerſi.primum ergo,per. §.dictæ.l.dũ dicit,ſuper his rebus.ubi inquit, ꝙ ex hoc ſolo ꝙ hæres vocaſſet notarium & teſtes in princ. & in charta potuiſſet ſignum Crucis, non dicitur inchoatum inuentarium, Corn.etiam ibi in princ.num.17. Porcel.in tract.de inuent.c.3.nu.13. Guliel. Benedic. in c.Raynutius,in uerbo mortuo itaque teſtatore, il 1. nu.399.de teſta.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium inceptum infra menſem à die aditæ hæreditatis debet perfici infra alios duos menſes.*

1 INfra† quantum tempus debeat perfici inuentarium? Reſponde, infrà ſexaginta dies quando ſunt in eodem loco,& ſic in effectu dantur tres menſes ad inchoandum, & perficiendum inuentarium. text.eſt in l.fi.§.ſin autem dubius,ibi,& hoc inuentarium

rium intra alios ſexaginta dies, &c. C. de iure delib. ubi omnes doctores. Abb. in conſil. 73. col. 3. uerſicu. debet etiam inuentarium vol. 2. Ang. in §. extraneis, col. 1. verſic. 2. ꝙ inchoetur, de hæred. qual. & differ. & ibi Ioan. Fabr. col. 2. verſic. & caue. Bald. in conſil. 145. in princ. vol. 4. & in conſi. 383. col. 2. in fi. volu. 1. Angel. à Gambel. in tract. de teſta. in glo. 112. col. 1. Grat. in conſi. 25. nu. 16. uol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ualet ſi non fuit inchoatum intra triginta dies, ſed poſt inceptum & perfectum intra alios ſexaginta dies.*

1 NVnquid † ſi hæres inuentarium non inchoauit infra triginta dies tamen incepit & perfecit poſteà infra alios ſexaginta dies, & ſic intra tres menſes, habeat beneficium l. fi. C. de iure delib. Bar. in l. fi. §. ſi uero poſtquam. C. de iure deliberan. refert quoſdam dixiſſe ꝙ non, ex eo quod inuentarium ſecundum formam dictæ. l. non fecerit, tamen ipſe determinat contrarium per text. ibi & dum à nobis tempus ad inuentarii confectionem effluxerit, non enim ſufficit ꝙ effluxerit tempus datum ad inchoationem ſed ad perfectionem, & inquit Barto. ꝙ iſta opinio videtur magis æqua, cùm omiſsio modicæ ſolemnitatis non ſubſtantialis non uitiat. Idem tenuit ibi Alexan. in dicta. l. fi. in princip. ubi etiam Iaſ. col. 2. Paul. de Caſtro etiam ibi in §. cùm igitur, ubi dicit
† hanc partem † omnes tenere tanquam magis æquã Iaſ. in dicto. §. ſi uero poſteaquam in 2. notab. ubi inquit ꝙ leuis ſolemnitas eſt prius inchoare & poſtea perficere. Abb. in conſi. 73. col. 2. volum. 2. verſi. præ-

terea.Porcel.in tract.de inuent.c.2.col.1.verſi.ſecundus eſt,& in c.3.col.2.in fi.uerſ.ſed ad practicam ubi inquit, hanc partem æquiorē, & ꝙ ſecundum hanc partem tanquam magis æquam iudicauit Curia parlamenti teſte Guid.Pap.in deciſ. 571.col.1. Bald. in conſi.383.col.fi.vol.1.Et ratio eſt ſecundum Bald. in conſil.48. uol.5. quia tam primus menſis, quam alii duo menſes ſunt aſſignati a iure fauore ipſius hæredis. Vnde totum iſtud ſpatium liberum eſſe debet, & quod nō fit in prin.poteſt fieri in fine temporis,donec dilatio adurat.l.lecta.ff.ſi cer.pe.§.tēporales,inſtitu.de excep. iterum, quia quando plures termini ſtatuuntur circa idem, mora commiſſa in uno termino poteſt purgari in alio. l.ad petitorium.ff. de iud. auth.qui ſemel.C.quomo.& quand.iud.dixi in conſi. 73.nu.21.vol.2. Idem tenuit Gul. Benedic.in reper. c.Raynutius,in uerbo mortuo itaque teſtatore, nu. 399.de teſta.Spec.in tit.de inſtru.edit.§.fi.verſ.Item poſtquam, & ibi Ioan. Andr. in addi.Vilalob.in ſuis communibus opinionibus in uerbo inuentarium. nu.95. quæ ſententia de quibus ſupra procedit & locum etiam, ſibi uendicat quādo bona omnia uel maior pars ſunt in domicilio hæredis.Guid.Pap.in cōſ. 160.nu.5.& in deciſ.571.in prin. & ita communiter practicari inquit Corn.in d.l.fi.in princ.nu.17.

SVMMARIVM.

1 *Menſis in terminis l. fi. C. de iur. delib. eſt triginta dierum.*

1 QVot dies habere debent dicti menſes tres? Reſponde,triginta dies,per text.in d.l.fi.§.fin autem dubius, ibi,omni tamen modo inuentariū ab ipſo conficiatur ut infra triginta dies exordiū ca

piat

piat, & ibi, & hoc inuentarium intra alios ſexaginta dies modis omnibus impleatur, iuncta glo. in uerbo ſexaginta, quæ dicit, ſic ergo tres menſes ſunt Odofred. in d. l. fi. in §. ſi cum igitur, col. 2. in princi. ibi, ut intra triginta dies ſcilicet & intra unum menſem in uerſ. ſed eo caſu. ibi, cut ſi res ſunt in præſentia habet triginta dies ad inchoandum, & ad conſumandum ſexaginta, & ſic tribus menſibus, habet unum menſem ad inchoandum, & duos ad perficiendum, & iſtud etiam ſentit Iaſ. in d. l. fi. in princ. col. 2. uerſic. 1. ibi, inchoetur intra triginta dies. Item & in uerſic. ſecundò requiritur, ibi, perficiatur intra ſexaginta dies. Dec. in conſi. 633. col. 2. verſi. 2. quæritur, ibi, triginta dies. Alex. in l. fi. in princ. col. 5. in fi. in gloſſ. in uerbo ſexaginta.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi datur annus ad conficiendum inuentarium quando tota hæreditas uel maior pars eſt alibi quàm in domicilio hæredis.*

VOs ſcitis dictum eſſe quòd quando tota hæreditas uel maior pars eſt in loco domicilli heredis tenetur hæres inuentariū inchoare & perficere
1 intra tres menſes. ſed quid dicemus ſi hæreditas uel maior pars ſit alibi quam in domicilio hæredis? dic. ꝙ datur annus ad cōficiendum inuentariū text. eſt in l. fi. §. ſin autem a locis. C. de iure delib. glo. in d. l. 1. in §. ſi quis autem temerario, in uerbo beneficio Paul. de Caſtro ibi in §. cùm igitur, ubi etiā Bal. in 1. col. 2. Sali. quoque ibi in §. ſin autem dubius ubi etiā Odofr. col. 2. verſic. ſed cum annus & Alber. colu. fin. uerſ. Item quæro. Porcel. in trac. de inuent. c. 3. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi abſenti à tota hæreditate uel à maiori parte dantur quatuor menſes ad inchoandum inuentarium, & octo ad perficiendum.*

SI datur annus ad confectionem inuentarii quando res ſunt in abſentia hæredis quantum igitur temporis dabitur ipſi ad ipſum inuentarium incipiendum? glo. in l. fi. §. ſin autem à locis, in uerbo conſummationem. C. de iur. delib. reſpondet ſecundum proportionem ſcilicet tertiam partem anni, ut enim ſupra unum menſem dedit, ſic hic quatuor de duodecim, & ita tenet Odofred. in dicta l. fi. §. cũ igitur colu. 2. in textu conſummationem, ubi ait ꝙ quando hęreditas eſt in uno loco, & hæres habet domicilium alibi, inuentarium inchoari uel fieri debet per locum à proportione numeri. Nam ſicut ſi res ſunt in præſentia hæres habet dies triginta ad inchoandum, & ad conſummandum ſexaginta dies, & ſic de tribus menſibus habet unum ad inchoandum,
1 & duos ad perficiendum, † ita hic quando res ſunt in abſentia, ad inchoandum habet quatuor menſes, & ad perficiendum habebit alios octo. Alber. in d. l. fi. in §. ſin autem dubius, col. 2. verſicu. & quod dixi, ubi refert etiam hanc opinionem tenuiſſe Rizar. & Mart. Silin. Bal. in conſi. 383. col. fin. uerſic. præterea hæreditas, vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium inchoatum poſt quatuor menſes quando res ſunt in abſentia hæredis, & perfectum intra annum, eſt de iure ualidum.*

Quid

1 QVid enim in caſu præcedentis quæſtionis † ſi hæres non inchoauit inuentarium infra quatuor menſes, ſed illud cæpit & perfecit intra alios octo menſes, an illud ualeat, & teneat? Dic ꝙ ſic, per ea quæ dicta fuerunt ſuprà in q. 6. quia iſta eſt leuis omiſsio & nullius effectus. argu. l. primæ in fin. ff. de uentr. in poſſ. mit. Item & quia iura reſpiciunt ad effectum tantum. l. ſed ſi poſſeſſori. §. penu. ff. de iureiu. & in terminis noſtris expreſsè ita tenuit Sal. in l. fi. §. ſin autem dubius, col. 4. verſic. quæro an nus. C. de iure deliber. ubi inquit hoc notandum, quia habito effectu non curamus de modo uel initio. quod & approbat etiam Odofr. in d. l. fin. §. cùm igitur, col. 2. circa finem.

SVMMARIVM.

1 *Tempus conficiendi inuentarium currit hæredi tempore ſibi dato ad deliberandum.*

1 QVid quando † hæres petit tempus ad deliberandum, utrum tempus conceſſum ad conficiendum inuentarium currat durante dicto tempore dato ad deliberandum, uel poſt tempus deliberationis finitum? glo. in l. fi. §. ſin autem hoc aliquis, in uerbo ſi quis beneficio, in fi. C. de iure delib. dicit ꝙ currit. & cum ea ibi tranſeunt Petr. Cy. Sal. & Fulgo. Bart. uerò cum quo tranſit ibi Alex. tenet ꝙ non currit niſi à die aditæ hæreditatis, ut in d. l. fi. §. ſi uerò poſtquam. unde ſi infra tempus datum ad deliberandum adiuit, infra illud tempus quo adiuit incipit currere mihi tamen placet concordia Corn. ibi in col. penult. in fi. ut dicamus ꝙ ſi terminus eſt petitus ad deliberandum debeat confici inuentariũ

intra illud tempus datum ad deliberandum,uel ſaltem interim currat tempus ad inuentarii confectionem,per text.ibi,ſi non cauetur,dum dicit ꝙ neceſſe eſt omnino deliberantem inuentarium cũ omni ſubtilitate facere. vnde intra tempus datum ad deliberandum eſt faciendum inuentarium; quia qualitas adiecta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi.l.in delictis.§.ſi extraneus, de noxa. ſed quando non eſt petitus terminus ad deliberandum, tempus ad inuentarii confectionem currit a die aditæ hæreditatis ſecundum opinionem gloſ. & † communem.
† Et ratio diuerſitatis eſt in promptu, quia quando petit tempus ad deliberandum, bona hæreditaria penes ſe ſunt,ut in dicto.§.ſin autem hoc aliquis,in uerſicu. quòd ſi deliberandum, ſeu ſaltem licitè poſſunt peruenire, ita quòd decet quòd inuentarium interim fiat: quia interim committi poſſet fraus. Item ſi expectaretur aditio, & contingeret quòd repudiaret, non teneretur unquàm conficere inuentarium; cuius contrarium innuit text. ibi in uerſic. quòd ſi poſt.

SVMMARIVM.

1 *Inuẽtarium factum extra tempus limitatum à iure, ſed intra tempus prorogatum à iudice, non ualet.*

1 VNum etiam eſt ſciendum, † ꝙ inuentariũ factũ extra tempus limitatum a iure, ſed in tempore prorogato a iudice, non ualet. quia iudex etiã cauſa cognita, non poteſt illud prorogare nec abreuiare.text.eſt in l.fi.§.donec.C. de iure delib. ubi imponitur ſilentium iudici. Item & quia iudex non poteſt reuocare factum legis ex ſui capitis equitate.l.1.

§.Item

§.Item cum contra.ff.quæ ſcnt.ſine ap.reſcind.& ita per dictum tex.tenent Nicol. de matha. Odofred.& Bald.in d.l.fi.§.cum igitur,col.3. in fi. ubi etiam Iaſ. in prin.dictæ l. col.2. Nec habet obſtare ꝙ iudex ex cauſa poteſt tempus abreuiare uel prorogare ſecundum Barto.&alios in l.1.ff.de re iud. quia dicta lex. loquitur in actu per iudicem excipiendo qualis non eſt confectio inuentarij Bart. in d.l.2.col.2.uerſicu. Item in tempore ubi etiam Ripa in nu.23.& Guliel. Benedic.in repet.c.Raynaldus in uerbo mortuo itaque teſtatore il 1.nu.399.

SVMMARIVM.

1 *Tempus conficiendi inuentariũ non currit impedito.*

2 *Impedimentum cui de facili reparari poteſt, non excuſat.*

3 *Tempus legale non currit impedito.*

4 *Tempus datum à iure uaſallis ad petendum inueſtituram, data iuſta cauſa impedimenti eos excuſat.*

5 *Impedimentum iuſtum ſecundum magis communem excuſat à mora, pęna periurii, & conuentionali.*

6 *Impedimentum loci non tuti ob inimicitiam, & bellum excuſat à contumacia.*

7 *Impedimentum legitimum excuſat à pęna, etiam ſi proſſimo pęnalis fuerit, iuramento uallata.*

1 IMpedito†an currat tẽpus conficiendi inuẽtariũ? Pro reſolutione dicas ꝙ ſi impedimentum eſt ta-
2 le,†cui de facili reparari põt, tunc hæres non excuſatur ſed dicitur eſſe in negligẽtia pinde ac ſi non fuiſſet impeditus.caſus eſt notabilis.in l.quibus diebus,in princ.ff.de cond.& demonſt.l. ſed ſi per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quib. cau. maio. Purpu.

in l.2.nu.54. C. de eden. Aut impedimentum eſt iuſtum, & tunc hæredi impedito non currit tempus.l.
3 ſed cùm ipſe,ubi Bal.ff.de excuſa.tuto.ubi† tempus
4 legale non currit impedito; Hinc uidemus,† quòd tempus etiam datum a iure uaſallis ad petendum in ueſtituram, eis non currit, data iuſta cauſa impedimenti.Imol.in c.ex parte,col.11. de feud.quem ſequtur Bero.in conſi.68.in fi.uol.1.Accedit etiam quod
5 notat ipſe Bero.in conſi.88.nu.33.vol.1.ubi† iuſtum impedimentum excuſat à pœna periurii & conuen
† tionali ſecundum magis† communem, & ideo dixit
6 text.in clem.Paſtoralis.§.Piſana,de re iud. ꝙ†impedimentum loci nõ tuti ob inimicitiã & bellum excuſat à contumacia.Aret.in conſi.16.nu.4.Port.in conſil.15.nu.13. ꝙ† impedimentum legitimum excuſat
7 à pœna, etiamſi promiſsio pœnalis fuerit iuramento uallata, Ruin.in conſi.15.nume.2. volum.4.& in terminis quæſtionis noſtræ ita decidit Neuiza.in conſi.9.nu.14.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui omiſit inuentarium conficere intra tempus à lege ſtatutum, reſcripto Principis non poteſt releuari.*

2 *Ius mihi quæſitum, priuilegio principis auferri non poteſt.*

3 *Princeps legem inhoneſtam facere non poteſt.*

4 *Princeps à Deo habet poteſtatem.*

5 *Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua uoluntas, ius ſuũ unicuique tribuens.*

6 *Reſcripto Principis poteſt prorogari tempus ſtatutum à lege ad conficiendum inuentarium.*

Item

1 ITem omittendum non eſt † ꝙ hæres qui omiſit inuentarium conficere intra tempus à lege ſtatutum, non poteſt principis reſcripto releuari, ſi illud fuit impetratum poſt lapſum temporis, quoniã poſtquàm cauſante negligentia hæredis fuit ius quęſitum creditoribus & legatariis. §. ſi uero nõ fecerit, in auth. de hæred. & fal. l. fi. §. ſi uerò poſtquam. C. de
2 iure delib. † ius eis quæſitum per Principem auferri non poteſt, priuilegium alteri concedendo, quia licèt Princeps ius commune cõdendo poſsit ius meũ auferre. l. non eſt, de legib. non tamen ſi per priuilegium alteri hoc concedat, quia non poteſt. l. reſcripta. C. ſi contra ius uel util. publ. Nam † ſicut Prin-
3 ceps legem inhoneſtam facere non poteſt. l. 3. ff. de legib. ita nec ius meum tollere, maximè ſine cauſa.
4 Nam † cùm à Deo princeps habeat poteſtatem, in auth. quo oper. Ep. in princ. dans talem iuriſdictionem, non cenſetur ſibi dediſſe, ut ius meum ſine cauſa auferat, cùm hoc ſit contra communem iuſtitiam
5 † quę eſt conſtans, & perpetua uoluntas, ius ſuum unicuique tribuens. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iure. Secus
6 † ſi reſcriptum fuit impetratum à principe durante tempore ſtatuto à iure, ut prorogetur tempus conficiendi inuentarium, quia tunc ualeat in præiudicium creditorum & legatariorum, ita in indiuiduo decidit Guid. Pap. in tract. de reſcrip. num. 43. & in trac. de inuent. nu. 12. & in deci. 571. col. 1. dum ſe remittit ad dicta per eum in dicto trac. Pro cuius confirmatione facit concluſio, quæ habet ꝙ facilius permittitur prorogatio eius quod durat quàm noua cõceſſio eius, quod extinctum eſt. l. ſed etſi manente. ff. de præca. Iaſ. in l. properandum, in prin. col. 5. uerſic. ego fortius. C. de iud. Vlterius facit, nam etiam uidemus ꝙ inſtantia triennalis, quæ eſt inducta fauore

publico.

publico.l.properandum,in princ. ubi Iaſ. col.4.in fi. C.de iud. licèt non poſsit cõſenſu partium proroga ri,tamen poteſt conſuetudine uel ſtatuto prorogari.glo.in l.præſcriptum.C.ſi contra ius uel util. publ. ubi Bal.in 6.col.inquit,raro reperiri alibi. & Iaſ. ibi cole.1.& in d.l.properandum,in princ.col.5.uer.tertiò limita. ergo multò fortius per Principem debet poſſe prorogari tempus ſtatutum ad conficiendum inuentarium, quod eſt introductum de iure ciuili.l. fi.C.de iure delib.Ang.in tract.de confect.inuen.nu. 13.Vital.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuentar. confec.pend. Nã maior eſt poteſtas Principis quàm ſtatuti uel conſuetudinis; ut patet,quia poteſt derogare ſtatutis municipalibus, quia dicuntur ius poſitiuum.Bald.in conſi.187.col.2.vol.2. quod etiam locum habet in ſtatuto iurato.Abb.in c. conſtitutis,de reſcrip.Guzad.in conſi.70.colum.2.Item & conſuetudinem tollere cùm ſit in eius poteſtate; quia dicitur ius ciuile tacitum.l.3.§. diuus. ff.de ſepulcr.vio.l. eos.C.de vſur.Bal. in authen. neuigia . C. de furt. ꝙ conſuetudo poteſt caſſari per legem imperatoris. Oldr. in conſil.117. Hinc uidemus, quòd non ualet conſuetudo per quam ligantur manus ſuperioris. Rota in deciſ.113.in antiquis.Bald.in conſil.312. in princ.vol.3. vbi conſtitutio Principis eſt fortior con ſuetudine. Item & tanta eſt poteſtas Principis circa ius poſitiuũ, ut facta pro infectis habeantur quoad omnem effectum iuris.tex. iuncta gloſſ.in clem.1. de Immu. & Abba.in conſi. 74. uerſicu. his præmiſſis, vol.1. Item & etiam tanta quòd rerum naturam mutat.§.fuerint.inſtitu.de actio . Nam de nihilo aliquid facit. Oldra.in conſi.257.colu.6.& pro iſta ſententia facit in terminis noſtris deciſ. Iaſ.in conſi.28. in fin.uol.3. inquit, ſtatutum Placentinum potuiſſe tollere

tollere tempus conficiendi inuentarii limitatum à iure, ergo & fortius Princeps per ſupradicta prorogare.

SVMMARIVM.

1 *Tempora conficiendi inuentarium ſunt continua.*

1 ITem quæritur † an tempora confectionis inuentarii ſint continua? Et dicas quòd ſic, poſt quàm currere inceperunt. hoc enim eſt commune omnium præſcriptionum regulariter.l.1.de diuer.& tẽporal. præſcrip.Angel.in l. 1.in §.hæc ſtipulatio,colum.penult. in fin.uerſ.vltim.ſcias, ſi pluſquàm per l. falcid. ubi inquit, quòd potiſsimè currunt tempora inuentarii continua, quia quolibet tempore poteſt inuentarium expediri etiam feriato, cum expediatur in non forma iudicii. ſicut dicimus in inuentario tutorum, qui quolibet loco, & tempore inuentarium conficere poſſunt.l.qui habet.§.quolibet, de tutel.Bald.in conſi.383.volum.1. vbi dicit, quòd quando hæreditas eſt in remotis partibus inuentarium debet inchoari infra quatuor menſes, & finiri intra alios octo continuatiuè. ſequuntur Porcel. in tractat.de inuent. in princ.nu.24.& ita tenens quam uis Soc.Iun.in conſi.19.nu.24. cum duobus ſequenti tibus vol. 3. videatur aliter tenere, quamuis malè. Baro. in tracta.de temp. vtile & cont. cap.3. num.7. circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium continere debet locum & tempus.*

G Conti-

1 CONtinereque † debet inuentarium locum & tempus.l.fi.in prin.C.de iure delib.§.fiat inuẽtarium,in auth.de hæred.& falc. Igne. in l.neceſſarios.§ non aliàs,in princ.nu.168.ff. ad Syllia.di ci in conſi.73.nu.13.vol.1.Corn.in l.fi.in princ. num. 17.& Catel.Cotta in memor.ſuis in uerbo inuentarii confectio, circa finem . Paris de Put.in tract. de feud.reintegr.folio mihi 123.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Duo teſtes ſufficiunt ad ualiditatem inuentarii.*

1 IN ipſo † quoque inuentario ſufficit ꝙ interueniant duo teſtes,qui videant illud ſcribere. Bar.in l.fi.§.cum igitur,col.2.uerſic. quo facto.C.de iure.delib. & licèt glo. ibi in verſicu.cæterorum,dicat trium teſtium,tamen Bal.ibi col.6.in uerſi.in glo.puta triũ teſtium,dicit ꝙ glo.ibi debet intelligi cætero rum,ideſt teſtium,& non trium; quia hoc non reperitur niſi in uno caſu iuris authẽticorum, ſcilicèt cũ ex legatariis aliqui abſunt,ut in §. ſi uero abſunt , in authen.de hæred.& falc. Paul. de Caſtro col.4.uerſ. 7.requiritur Alex.in 7.col.uerſi.in glo. in uerbo cæterorum.Iaſ.col.penult.in prin.Ang.in l.1.§. hæc ſtipulatio,col.8.verſi.de ſexto conclude.ff.ſi plus quam per l.falc.Abb.conſ.73.col.2.vol.2.Porcel.in trac.de inuent.c.2.nu.7.Dec.in conſ.633.colu. pen.uerſic.7. reqritur.Bal.in auth.ſed cum teſtator,col.pen.uerſ. quæro quot tabelliones.C.ad l.falc. dum dicit cũ teſtibus legitimi numeri.Aduerte tamen quod nõ ſufficit ꝙ videant illud ſcribere, ſed etiam oportet qđ res hæreditariæ offerantur in præſentia ipſorum, ut valeant deponere hæredem non conſcium alicuius maligitatis,ut per Bar.in d.l.fi.§.cum autem,& Iaſ.

in princ.in 8.requiſito.Paul. de Caſtro in conſi.205. col.1.& Nattam in conſ.214.nu.14.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes adhibiti in inuentario debẽt cognoſcere hære dem, quod ſecus eſt in aliis inſtrumentis.*
2 *Quod tamẽ intellige, niſi teſtes eſſent uicini hæredis.*
3 *Teſtes non debet cognouiſſe defunctum.*
4 *Ius adeundi durat trigmta annis.*

1 Requiritur & paritur ꝙ † teſtes cognoſcant hęredẽ Bar.in l.fi.in §.cũ igitur col.2. uer. quo facto.C.de iure delib.Alb.de Roſa.ibi in §.ſinautẽ dubius,col.3.uerſi.Itẽ eſt notandũ,ubi ẽt Sal.Bal. in §.cũ igitur,col.6.in princ.uerſi.ulterius nota Pau. de Caſt.ibi col.fi.verſ.octauò & ultimò. Alex.in prin ci.col.6.in fi.uerſ.in glo. in uerbo cognoſcant & Iaſ. in col.pen.in princ.uerſ.8.requiritur. ubi inquit hoc ſpecialale in inuentario, in aliis autem inſtrumentis quando teſtes adhibentur,non requiritur ꝙ aliter re cognoſcant partes. de quo dic vt ibi per ſcriben. Alciat.in conſi.419.in fin. Paul.de Caſtro in conſi.215. col.1.ſecundũ antiquam impreſſionẽ.Porcel.in trac. de inuen.c.2.nu.8.Dec. in cõſi.633.in uerſ.7.requiri-
2 tur,ꝙ tamen cum grano ſalis intellige,videlicet† quã do dicti teſtes nõ eſſent vicini hæredis,aliàs ſecus,vt per Bal.in dicta.l.fi.in §.cum igitur,col.6. quia tunc uicini præſumũtur cognoſcere hæredem,per notata in l.1.ff.ſi cert.petã.quem ſequitur.Iaſ.in dicta.l.fi.in princi.col.penult. verſic.ſubdit etiam, dici in conſi.
3 73.nu.14.vol.1.non tamẽ à iure diſponitur† vt teſtes agnouerint defunctum, vt in d.§.ſi dubius, vbi ſolũ dicit quòd agnoſcant hæredem Pau.de Caſtro in di

cto conſi.215.in fin: col. ubi inquit q aliquis doctor hoc non dicit. Difficile enim eſſet ſi fortè hæres ſtetit per longum tempus antequam ſciret hæreditatē ſibi delatam reperire teſtes qui defunctum cognouiſſent,ſi in fine trigiuta annorum hæres adiret † infra quod durat ius adeundi.l.licèt,ubi doctor. C. de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Creditores & legatarii citari debent in inuentarij confectione.*

2 *Comminatio habet uim cuiuſdam peremptorii.*

1 CItandi † denique erunt ad inſtantiam hæredis creditores, & legatarii exiſtentes in loco ad comparendum tali de hora, & loco ad uidendum confectionem inuentarii quod talis hæres intēdit facere de bonis, rebus, iuribus & actionibus debitorum, & creditorum talis hæreditatis per ſe uel per procuratorem eorum; cum cōminatione q ipſis non uenientibus nihilominus hæres procedet ad inuentarii confectionem. Ang. in l.1.§. hæc ſtipulatio, col.3.uerſi.ante autem.ff.ſi pluſquā per l.Falcid.ſub-
2 dens q † huiuſmodi comminatio eſt utilis, quia habet uim cuiuſdam peremptorii, ut ſolet notari in l. tres denunciationes.C.quo.& quand.iud. & ideo q inuocatione debet apponi & dies & locus, ne aliàs uocatio uti perſunctoria & obſcura allegetur nulla. l.aut qui aliter. §. 1. quod vi aut clam. Barto. in §. ſi enim, col.1.circa finem uerſi. & idem dicas, in auth. de hæred.& Falc.& in l.fi.in §. cum igitur, colum.fi. in princ.C. de iure delib. Bald.col.6. & iſtud probat tex.in §.ſin autem dubius, in uerbo cæterorum, iuncta glo.ſuper illo uerbo, quam docto. notant. ſequitur.

tur Iaſ.in dicta.l.fi.in prin.col.3.verſi. quintò requiri tur.Bald.in conſi.265.in princ.vol.3.Abba.in conſi. 73. col.2.vol.2. Porcel. in tract. de inuent. c.2.nu.4. Angel.in §.extraneis, col.1. Nec habet obſtare ꝙ de citatione creditorum non reperitur text. qui faciat mentionem: quia reſpondetur, ꝙ idem de creditoribus dicit glo.in uerbo cæterorum, in dicta.l.fin.§. ſin autem dubius. quæ ſecundum Alex.ibi in princ.
† dictæ.l.col.6.in uerbo in eadem,eſt magis† communiter approbata,qui ſubdit idem tenere glo.in §.ſancimus, in uerbo fideicommiſſarius, in auth. de hær. & falcid.nam ſi requiritur citatio legatariorum, qui tractant de lucro,ut in dicto.§.ſancimus.multò magis creditorum, qui tractant de damno. Alcia. in conſi.43.nu.7.in 3.tomo.

SVMMARIVM.

1 *Citatio unica ſufficit in confectione inuentarii, etiamſi non dicatur, & peremptoriè.*

1 IN ipſaque † confectione inuentarii ſufficit unica citatio creditorum, & legatariorum, teſte, Bald. in l.fi.§.cum igitur,col.5. uerſic.item an ſufficiat. C.de iure delib.cum non fiat propriè ad lites, ſed ad intereſſendum certo actui quaſi extraiudiciali arg. not.in cle.1.de hæret. Ange. in l.1.§. hæc ſtipulatio, col.5.uerſic.& credo ꝙ ſufficiat.ff.ſi pluſquàm per l. Falcid.ubi dicit ſi credere ꝙ ſufficiat una requiſitio, etiamſi non ponatur uerbũ & peremptoriè,conſiderato ꝙ iudex nullam habet ferre ſententiã, ſed tantummodo coram eo debet explicari actio inuentarii.Iaſ.in d. l.fi.in prin.col.3.uerſi. Idem adde. Guid. Pap.in conſi. 160. in princip. Vital. in trac. clauſ.in

uerſi.Nil nouari inuent.confec.pend.col.10.in fi.uerſi.& ſufficit.Paris de Puteo tract.de feud.reinteg.folio mihi 123.nu.4.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad domum ſufficit.*

1 QVæ quidem † citatio ſufficit ꝙ fiat ad domum vt per gl. in §. illo adiecto in uerbo agentes,in auth.de hæred. & Falcid ubi dicit,quòd mittetur ad domum,ut aut ueniat vocatus, aut alium per ſe mittat.arg.l.Item ait prætor.§.penul.& fi.quib.ex cau.maio.& l.primæ in fi.C.de auto.præſtan.Porcel. in tract.de inuent.c.2.nu.4. dixi in conſi.73.num.23. vol.2.Bald.in conſi.145.in princ.vol.4.Ang.in §.hæc ſtipulatio,col.5.uerſi.ſufficit ergo.ff.ſi pluſquam per l.Falc.Sal. in dicta.l.fi.§.ſinautē dubius,col.3.circa finem uerſi.ſed tunc quæro.Bal.in auth.ſed cùm teſtator,uerſicu.quæro.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet fieri nominatim, ſi creditores & legatarii ſint certi.*

2 *Item ſi ſint incerti, ſed de facili poſſunt certificari.*

3 *Citatio per proclamata ſufficit, ſi omninò ſint incerti.*

1 FIerique debet † nominatim citatio, ſi ſunt certi creditores, uel legatarii.Abb.in conſi.73.col.2. vol.3.Bal.in dicto §.cùm igitur, col.4.uerſ.q̄ro ergo.ubi etiam Bart. in fi.col.verſi.erit ergo forma. Iaſ.col.3.Dec.in conſ.633.col.2.& in conſi.251.col. pen.in fi.Bar.in §.ſi enim in auth.de hær.& falc.quā † opinionem uti veriorem † & communem ſequitur Alex.

Alex.in dicta.l.fi.in princ.col.penul. Paul.de Caſtro in conſi.205. in fin. ſecundum antiquam impreſsionem.Craue.in conſi.225.col.1. in conſi.89.in fin.ubi dicit ſequendo Alex.illam partem ueriorem,& communem. Moder. in trac.de inuent.c.2.Bald.in conſi. 145.in princ.vol.4.& in conſi.63.vol.3.Ang.in §.extraneis,col.1.Natta in conſi.114.nu 15.ubi etiam dicit quod ſicut nominatim citantur ad uidēdum inchoari inuentarium, pariter debent citari ad uidendum

2 illud perfici,per iura ibi per eum citata.Item ſi ſunt incerti & de facili poſſunt certificari Dec. in dicto conſi.251.col.fi.in prin.Iaſ.colu.3.in d.l.fin.in princ. Lofred.in conſi.32.nu.8.uerſicu.fortius de prædicto. Abb.in cōſi.73.col.2.vol.2.Craue.in cōſi. 225.col.1.

3 in fi.Secus ſi omninò incerti quia ſufficit eos citare per procla.Bald.in conſi.265.col.1.vol.3.docto. omnes ubi ſuprà.Ang.in l.1.§.ſtipulatio,col.5.ff. ſi pluſquam per l.Falc.docto.in locis de quibus ſuprà,& licèt Barto.in conſi. 154.col.2.in princ. aliter teneat, eius ſententia communiter impugnatur. Salic.in dicta.l.fi.§.ſin autem dubius,col.3.in fi. uerſ. quæro ad quem locum.Guid.Pap.in conſi. 160. in princ. uide Marſi.in ſing.259.Maran. in Spec. ſuo aureo in primo membro 6.par.nume.82. uſque ad 97.Ripa in l. remque nobis,nu.44.de acquir.poſſ. & in tit.de fide inſtr.reſponſo.1.nu.3.Hercul. in trac. quis teneatur probare negatiuam.nu.242.

SVMMARIVM.

1 *Creditor infans in confectione inuentarii citat per tutorem.*

2 *Cautus ſis cum litigas cum infante, ut facias omnes actus iudiciales formare in perſonam tutoris.*

3 *Infantes & furioſos prohibet lex ſimpliciter in ius uocari.*

4 *Infans ſi non habet tutorem, ſunt uocandi agnati, & cognati.*

1 QVid † ſi unus ex creditoribus ſit infans quomodo citabitur in confectione inuentarii? Reſponde per tutorem ſi habet, per ea quæ notat Io. And. in addit. ad Specul. in titu. de reo. §. 1. in addit. incip. Quærit Gofred. ubi inquit, ꝙ ſi quis uult conuenire hæredem alterius prius diligenter debet inquirere ſi eſt infans, & tunc quòd non eſt facienda citatio contra ipſum quòd compareat legitimè; quia citatio eſt nulla, ſed citare debet tutorem ſuũ ſi habet, per l. primam. §. ſufficit. ff. de admin. tuto. Barto. & Caſtr. in l. 2. ff. de cond. furt. ubi inquit hoc menti tenendum. Affl. in deciſ. 262. colum. 2. in prin.
2 Bald. in l. donatarum, in fi. C. de acquir. poſ. ubi † dicit quòd ſis cautus quando litigas cum infante, ut omnes actus iudiciales facias formare in perſonam tutoris. ſequitur Alexan. in addit. ad Barto. in dicta. l. 2. ff. de cond. furt. Alexan. in l. ſi ex legati cauſa, col. penul. verſi. ſi autem eſſet infans. ff. de uerbo. obliga.
3 text. eſt in l. ff. de in ius uocan. ubi † ſimpliciter prohibet infantes, & furioſos in ius vocari. & ibi Ang. & Iaſ. Tiraquel in tract. de retract. §. 1. in glo. de retract. lignagier. nume. 20. & 51. Si uerò † non habet
4 tutorem debent citari agnati, & cognati, iuxta not. per Bald. in cap. 1. de milite vaſ. qui cont. eſt Afflic. ubi ſuprà, ubi aiunt quòd ſi infans non habet tutorem ꝙ citandi ſunt agnati uel cognati ad eum defendum. Paul. de Caſtro in l. qui contra pupillum. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus ſufficit quòd ſimpliciter citetur in confectione inuentarii: quia intelligitur citatus, ut legitimè compareat per ſe uel per procuratorem.*

2 *Pupillus ſolus non debet citari, ſed tutor ſi habet, aliàs coniuncti, & amici citari debent ut pupillus reddatur contumax, adeò ut contra eum poſſit procedi ad primum decretum.*

3 *Tutor pupilli ſi citatus eſt & non comparet, alii citandi ſunt.*

1 SEd quid dicendum quando non eſt infans † ſed pupillus, an ſufficiat ſi citetur ad confectionem inuentarii. Bart. in l. 1. §. ſufficit. ff. de admi. tut. uidetur dicere ꝙ ſufficiat ſola citatio pupilli, quia intelligitur ut compareat per ſe uel per procuratorē. L. 1. C. de procura. Idem Bar. in l. & habet. §. ſi pupillus, circa fi. ff. de tutel. Iaſ. in l. 1. col. 3. verſ. ultimò nota. ff. de in ius vocan. ubi poteſt citari ꝙ legitimè cō-
† pareat. Sed in contrarium eſt † communis opinio, ꝙ imò debet citari eius tutor, ut inquit Paul. de Caſtro in l. 2. ff. de cond. fur. ubi inquit ſe habuiſſe in practica hunc articulum, & ꝙ procuratores, & Aduocati videntur tenere contra Barto. ubi ſuprà, quia pupillus ſine tutore non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Ideo non debet citari ſimpliciter tex. eſt in §. illo iuncta glo. in uerſ. ætas in authen. de hæred. & falcid. Imol. in l. contra pupillum. ff. de re
2 iud. ubi ait, quòd de facto fuit deciſum † quòd debet citari tutor ſi habet, aliàs debent citari amici & coniuncti, ut pupillus reddatur contumax, & ſic poſsit procedi contra eum ad primam decretum,

per text.in l.hæc autem.§.1. ex quib. cau. in poſ.ea. Idem concludit Maran.in tract. iud. in 4.part.in 161

3 diſtin.nu.25. ubi † quando pupillus habet tutorem, debet iudicium agitari cum tutore, etſi non habet, debent citari coniuncti, ut conſtituatur in contumacia, aliàs citatio ſolius pupilli non valet. dicto. §. 1.

† ſubdens poſt alios ibi per eum citatos † communiter ita teneri reprobata opinione Bar.in dicto.§. ſufficit.& ita in terminis inuentarii concludit Craue.in conſi.225.col.2.ubi etiam plus vult col.3.circa fin.ꝙ ſi ſunt plures tutores, ꝙ non ſufficiat citatio unius ſi non comparet ſed requiratur ꝙ omnes citentur, per glo.in l.2.C.ſi ex pluribus.tuto.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ſola adulti ſufficit, quia intelligitur citatus vt legitimè compareat cum curatore.*

1 Scias tamen † ꝙ in adulto ſufficit citatio ſua, ut uoluit Paul.de Caſtro in l.2. ff de cond.furt.ubi concludit, ꝙ ſufficit ſimpliciter ꝙ ipſe citetur, tamen quòd debet comparere cum ſuo curatore; aliàs;ſi actor velit, poterit illum repellere Bald.in d. l.fi.in princ.C.ſi prop.publ.penſita.ubi quando citatur adultus, ſufficit eum citare ut legitimè compareat. in l.1.C.qui pet.tuto.in l.non eò minus,in fi.C. de procurato.Bart.in l.1.§.ſufficit.ff.de adminiſt.tuto.Dec.in conſi.549.ubi idem dicit. ſubdens ꝙ legitimè comparere dicitur quando comparet cum curatore,& ꝙ ſi ſine eo compareat, iudicium eſt nullum. Rurſus in conſi.509.colu.fin.ubi etiam ait, ꝙ citatio ſimpliciter facta, intelligitur ut legitimè compareat ut per glo.in l.ſi minor.ff.de bon.auth.iud. poſ. Iterum in conſi.449.col.2.in fi. Alex.in.l.ſi ex legati cau

ſa.

ſa. ff. de uerbo. obligat. Gard. in dem. religioſus, quæſt.5. de procur. ſi tamen habet curatorem certum ille poterit citari gloſſ. in uerbo ætas in auth. de hæred. & falcid.

SVMMARIVM.

1 *Creditores uel legatarii ſi abſunt, loco eorum dicunt adhiberi alii tres teſtes bonæ opinionis, & famæ.*

2 *Locupletes ſubſtantiamque idoneam poſſidentes in loco inuentarii debent eſſe teſtes.*

3 *Subſtantia idonea quæ dicatur.*

4 *Teſtes qui requiruntur in confectione inuentarii loco creditorum uel legatariorum abſentium, nullo modo ei adeſſe debent, ſi nulli ſint creditores uel legatarii.*

5 *Citatio legatariorum uel creditorum non requiritur in confectione inuentarii, ubi nulli ſunt legatarii uel creditores.*

6 *Creditores uel legatarii quando dicunt nolle interuenire in inuētarii confectione, ſufficiunt duo teſtes.*

1 QVid faciendum ſi † creditores uel legatarii eſſent abſentes? Dic ꝙ ultra alios teſtes de quibus ſuprà tres alii teſtes adhiberi debent, qui ſint bonæ opinionis, & famæ eiuſdem ciuitatis uel loci, in præſentia quorum deſcribatur inuentarium. ita Bart. in l. fi. §. cum igitur, col. fi. verſi. Item adhibeantur. tres alii teſtes. C. de iure delib. ubi etiam Alex. ibi in princ. dictæ legis col. 6. verſi. in glo. uerſi. cæterorū. & Iaſ. col. 3. in fi. verſi. octauò requiritur. §. ſi verò abſunt, in princ. in auth. de hæred. & Falc. Bald. in conſi. 265. verſi. Item requiritur, vol. 3. & in conſi. 145. in prin.

princ.vol.4.ubi dicit citandos eſſe creditores, & le-
gatarios, & ꝙ loco abſentiū debent interuenire tres
teſtes noti,ſicq; duo teſtes ut probent, & tres ut eo-
rū præſentia repleatur creditorum,& legatariorum
abſentia.& ſic ſunt neceſſarii quinque teſtes. Iterum
in conſil.63.vol.3.Dec.in conſil.633.col.penult.in fi.
uerſi.octauò.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio, col.5.uerſ.
ſufficit ergo.ff.ſi pluſquam per l.falc.Porcel.in tract.
de inuent.c.2.nu.4.Guid.Pap.in conſi.129. uerſic. ex
alio & in conſi.160.uerſi.4.Bart.in conſi.154.in fi.Vi
tal.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec.
pend.col.9.uerſ.Idem debent adhiberi. Et ſciendum
2 eſt † ꝙ dicti tres teſtes debent eſſe locupletes & ſub
ſtantiam poſsidentes.§.ſi uerò abſunt, iuncta glo. in
uerbo ſubſtantiam an autem de hæred. & falc. Bart.
in dicto conſi.154. in fiet in §. ſi enim in auth.de hæ-
red.& fal.& in d.l.fi.§.cum igitur uerſicu.Item adhi-
beantur Bald.in dicto conſi.145 in prin.Pract.Pap.
in for.lib.quo.pet.hæred.ex teſta.in uerbo purè. cir-
ca fi.Vital.ubi ſuprà, dixi in conſi.73. num.24.vol.2.
Natta in conſi. 332.nu.5.Quæ quidē ſubſtantia req-
ritur quòd ſit idonea pro motu iudicis,ſecundū glo.
in dicto uerbo ſubſtantiam,& ibi Ang.col.1 quę pro
hoc allegat.l.1.§.fi. ff. de iure delib. & l. decurionib.
3 C.de Epiſc. audien. † quam tamen ſecundum arbi-
trium eius exiſtimabit idoneam iudex ſi habeant tan
tum quantum id ſuper quo poteſt eſſe quæſtio, uel ſi
ſit par iniuncto oneri.§.Item propter paupertatem,
inſtit. de excuſa. tuto. Quam equidem ſubſtantiam
habere debent in loco confectionis inuentarii,ut tra
dit Sali. in dicta l.fi.§.ſin autem dubius, col.3. uerſi.
oppone quartò Pract.Pap.ubi ſuprà,& in dicto cō-
ſil. meo 73.

4 Notandum tamen eſt,ꝙ † ubicunque nulli eſſent

legata-

legatarii uel creditores tunc ſemper ſufficiunt duo; quia alii tres requiruntur ſolùm in locum creditorũ, & legatariorum abſentium, ita Ang.in l.1.§.hęc ſtipulatio.ff.ſi plus quàm per l.Fal.in 8.col.verſi.de ſexto conclude.Vital.ubi ſuprà col.7.verſi unde ſi eſſet. pro cuius confirmatione facit quod ſcribit Ange. in dicto §.hæc ſtipulatio,col.5.in fi.in uerſ. ſaluo.ubi in
5 quit† ꝙ licèt creditores uel legatarii debent citari, tamen id locum non habet ubi nulli ſunt; quia tunc non intereſt eos citari, ergo & idem in caſu pręſenti. Item & quando ipſi dicerent ſe nolle adeſſe inuentario.§.ſi verò abſunt, in auth. de hæred. & falc.ibi,niſi fortè præſentes legatarii omnes, aut quidam conteſtatione ſibi præmiſſa noluerit venire nec
6 adeſſe inuentario † tunc enim licentia erit hæredi etiam non aduenientibus legatariis contentum eſſe teſtium præſentia, & facere deſcriptionem, qui teſtes duo eſſe debent ſecundum glo.ibi in uerſi.teſtiũ in odium non interuenientium,& ſecundum docto. ibi Ang.in dicto.§.hæc ſtipulatio, colum.4.verſic.iſti enim tres.ubi inquit,ipſos tres teſtes adhibentur eſſe continuò quando aliquis ex legatariis uel creditoribus abſunt, ſed non per ueram contumaciam, & in col.8.verſi.de ſexto.Iacob.de Beluis.in dicto §. hinc nobis, col.2.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus de inuentario non computatur in numero teſtium.*

1 NOtarius†q; debet eſſe rogatus de inuentario, nõ cõputatur in numero triũ teſtium,qui adhibentur loco creditorũ,& legatariorum abſentium,

tium;ita Alex.in l.fi.col.6. C. de iure delib. Et ratio eſt, quia ubi agitur de probando actum per inſtrumentum, tunc non computatur tabellio in numero teſtium.l.hac conſultiſsima,cum glo.C.qui teſta.fac. poſ.ubi etiam docto. Alex.in conſi.146. col.2.uerſic. nec ad hoc obſtat,uol.2.Homod.in conſi.66.colu.3. circa.fi.verſicu. prætereà quando.Paul.de Caſtro in conſi.101.col.2.ſecundum antiquam impreſsionem. Dec.in conſi.17. col.fi. Paris.in conſi.34.nu.4.vol.2.

† & hanc eſſe † communem doctorum ſententiam dicit Alex.in conſi.153.circa fi.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Creditores & legatarii abſentes ſi non ſunt in ciuitate ſed intra iuriſdictionem; ſunt citandi ad domum,uel per procuratorem; ſin autem extra iuriſdictionem, nequaquàm.*

1 NVnquid † creditores uel legatarii abſentes veniant citandi? Bald. in auth.ſed cum teſtator, col.3.uerſi.quæro nunquid abſentes. C. ad l. Falc.eſt in hac ſententia,ꝙ non, niſi ad domum ſolitæ habitationis intra eandem prouinciam, & forma citationis erit ea de qua in §.hinc nobis, in uerſi.agẽtes,in auth.de hered.uidelicet vt veniant vel mittãt. argu.l.item ait prætor.§.penul.& fin.ex quib.cau.maio.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.5.verſi.& attende. ff.ſi pluſquã per l.falc.inquit ꝙ ſi creditores uel legatarii ſunt abſentes a ciuitate, non ſunt requirendi, quoniam de præſentibus tantùm loquitur tex. in dicto.§.hinc nobis,& ibi glo. in uerbo agentes. Ange. etiam in dicto.§.hinc nobis,col.1.verſ.& ꝙ requirantur,ait ſufficere citare procuratorem cum dominus

in ciuitate non repetiatur vel reperiatur; ſed ad inuentarium accedere non poteſt. Sal. verò ultimo loco in l.fi.§.ſinautem dubius, col.3.in fi.uerſi.ſed tunc quæro.C.de iure delib. concludit ꝙ ſi ſunt certi creditores uel legatarii, debent citari ſpecialiter in perſonam vel ad domum, abſentes autem ibi non habitantes uel incerti per proclama. Credo has opiniones poſſe ſic cõcordari, uidelicet quod ſi quærimus, an creditores uel legatarii qui ſunt abſentes a loco inuentarii conficiendi, ſed intra eandem iuriſdictionem debeant citari, & tunc dicendum eſt, quòd ſic, & quòd iſto caſu procedat ſententia Bald. de qua ſuprà & Ang.in dicto.§.hinc nobis. quã ſententiam amplectitur Albert. de Roſa. in l.fi. §. ſinautem dubius,in fi.C.de iure delib.Iofred.in conſi.32.nũ.8.ubi inquit, ꝙ quando creditor non eſt in ciuitate, ſed in alio loco,qui tamen ſit ſub eadem iuriſdictione; tũc debet citari;quia non aliter abſens,& quòd uerbum ciuitas, de quo in §.ſi uerò abſunt, in dicto, auth.de hæredita.& Falcid. capitur pro iuriſdictione Iacob.de Beluiſ.in d. §.hinc nobis. col.5.uerſicu. quæritur.2.Aut uerò quærimus de abſentibus extra territorium, & tunc militet opinio Ang.in d.§.hæc ſtipulatio,per tex. in d.§.hinc nobis,qui clarus eſt. dico tamen quòd pro cautela poſſet fieri proclamà iuxta nota per Sali. ubi ſuprà, quem ita intelligendum fore exiſtimo, & non aliter.

SVMMARIVM.

1 *Creditoribus comparentibus & contradicentibus confectioni inuentarii libellus offerri non debet.*

Modò

1 MOdò quæritur † nunquid comparentibus creditoribus & contradicentibus debeat offerri libellus? Reſponde ꝙ non, ſecundum Bald. in auth. ſed cum teſtator, col. pen. uerſ. quæro nunquid comparentibus. C. ad l. Falc. Et ratio eſt, quia nihil petitur ab eis, ut not. in rubr. de inter. actio.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores citati ad confectionem inuentarii, & qui non comparuerunt, ſibi non præiudicant quo ad creditum eorum.*

1 QVid † ſi creditores citati non comparuerunt in confectione inuentarii, an ſibi præiudicauerint quòad creditum eorum? dic ꝙ non quia licèt in confectione inuentarii ut ſuprà dictum fuit, citandi ſint creditores, tamen iſta citatio non fit ad alium effectum niſi ut interueniant in ipſa confectione ne decipiantur, & ut videant an aliquid de hæreditate ſurripiatur ne exinde hæreditas nō ſit ſoluendo, ut not. in §. ſi verò abſunt, in uerſic. quærentibus forſan, in auth. de hæred. & Fal. ergo concluditur ꝙ ſi creditores non comparuerint, nō tamen illis præiudicaret quòad ipſorum creditum. Alcia. in conſi. 43. nu. 7. in 3. tomo.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium nocet uocatis, aliis uerò nō præiudicat.*

1 QVid ſi † aliqui ſint citati, & alii non, nunquid Inuentarium valebit quòad citatos & ipſis præiudicet? Prima facie dicendum videretur ꝙ non, quaſi non ſit ſeruata forma. l. fi. C. de iure delib.

&

& forma tradita in §. hinc nobis,in auth.de hære.& fal.In ꝯtrariũ eſt ueritas, quia citatio citato ſemper præiudicat, & nõ citatis non præiudicat,l.1.§. cum dicuntur.ff ſi pluſquã p l.fal. nam quòad citatos oīa ſunt ſoleniter acta.l.ſi deſerta.C ſi prop publ. pẽſita. Bal.in l.fi.in §.cũ igitur col.4.uer.ego credo,ubi e.iã Caſtr.col.8.verſi.quartum eſt.Iaſ.in prin.d.ĉte,l.col. 3.verſi.Itẽ adde.C.de iure delib. Bal.in auth. ſi oẽs, col.1.verſic.ex hoc ego infero.C.ſi ut ſe ab hæred.ab ſti. ubi inquit ꝙ quidam fatuus iudex dixit ꝙ inuentarium nullo modo valebat, quaſi omiſſa forma ſolemnitate legali, quòd non eſt uerum quia quoad citatos eſt ſeruata forma & ſolemnitas iuris, unde etiam concludit ꝙ ſi hæres eſt ĩ integrum reſtitutus aduerſus aditionem hæreditatis aliquibus citatis,& aliis non,ꝙ ea ualebit aduerſos citatos,ſed quòd abſentibus non præiudicabit.Craue.in conſi.225.nu.7. Porcel.in tract.de inuent.c.2.nu.4.Bar.in conſi.154. col.4.c.finem & in §.hinc nobis,col.2.verſ.ibi fiat, in auth.de hæred. & falc.ubi dicit,ꝙ inuentarium ualebit quòad citatos, ſicut dicimus in ſententia quæ ſi fertur partibus non citatis ; non ualet, & tamen ſi agatur contra duos & unus citatur in pronunciatione, alter uerò non, ſententia valet quòad citatum,licèt non quòad alium ; ut eſt caſus in l. de uno quoque.ff.de re iud.l.non idcirco. ff. de iud. & in c. cùm ſuper,de ſenten.& re iud.Bal.in auth.ſed cum teſtator,col.2.in fi.C.ad l.falc.Vital. in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confect.pend.col.10.uerſi.ego credo?Non obſtat tex.in d.§.hinc nobis, in uerſi.con uocare omnes legatarios & fideicommiſſarios,quia reſpondetur quòd etſi ille text. dicat quòd oportet hæredem ſi non uult damnificari, ſed etiam lucrari, conuocare omnes legatarios & fideicommiſſarios,

H

miſſarios, tamen non dicit ꝙ ſi fuerint aliqui citati & aliqui non ꝙ nõ præiudicet citatis, & ita tex. præallegatum intelligit Bald. in d. authen. ſed cùm teſtator, col. 2. in fi. uerſi. tu dic.

SVMMARIVM.

1 *Executores citandi ſunt in confectione inuentarii.*

1 QVid dicendum † de executoribus? Videtur ꝙ non, quia ipſi non ſunt legatarii neq; creditores. l. ſi quis Titio, de lega. 2. tu uero contrariũ teneas, quia gerunt rem legatariorum præſertim incertorum; ut pauperum. l. nulli. C. de Epiſ. & cler. ergo ſunt citandi l. ſancimus, in auth. de hæred. & falcid. ita Bal. in conſi. 265. vol. tertio.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes, Prælati uel exiſtentes in Magiſtratu uocandi ſunt ad confectionem inuentarii.*

1 NVnquid vocandi ſint † ſacerdotes, & Prælati uel exiſtentes in Magiſtratu ad confectionem inuentarii? Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 6. in princ. uerſi. ſolum ergo reſtat uidere. ff. ſi pluſquam per. l. falcid. dicit eſſe caſum ꝙ ſic, in §. ſancimus; in auth. de hæred. & falc. ſubdens ſe credere ꝙ etiam poterunt requiri per iudicem laicum, quia illa requiſitio non fit ad finem ut litigetur, nec ut requiſiti compellantur uenire, ſeu tantummodo ut ueniant ſi nolunt, & ſi eorum putauerint intereſſe, ut in dicto. §. ſancimus, & quod non obſtat c. ſi diligenti, de foro compet. quia dicta uocatio fit ad eorum commodum, ſi tamen ſuperioris prælati requirendi copia facilitet

cilites poteſt haberi, tutior uia eſt, ꝙ iudex laicus coram quo inuentarium debet confici, ſcribat illi ſuperiori quod moneat & requirat illum prælatum ut ſi ſua intereſſe putauerit, cōpareat corā dño iudice ad uidendum confectionem inuentarii prædicti. Hæc eſt enim generalis forma atque doctrina ubicunque iudex uult requirere non ſubiectum ut ſcribat iudici iuriſdictionem habenti ſuper illum non ſubiectum in forma prædicta, ut not. in l. omnes. §. ſi vero apparitor. C. de Epiſ. & cler. ſi autem de facili non poteſt haberi copia ſuperioris dicti prælati ſufficiet uocatio prædicta quia uim habet & obtinet cu iuſdam denuntiationis, quæ extra iudicium fieri poteſt. Idem reperio tenuiſſe Ang. in §. ſi uero expreſſim col. 5. in fi. ubi ponit formam inuentarii, in auth. de hæred. & fal. in uerſi. quarto fiat citatio ubi ſic inquit. Quarto fiat citatio de Epiſcopo ad hunc modū, die tali, talis menſis iudex ſedens pro tribunali conceſsit licentiam tali baiulo præſenti & intelligenti notificandi perſonaliter uel ad domum eius Epiſcopatus domino Epiſcopo patri pauperum quo modo domina A. hæres teſtamentaria olim. M. intendit conficere & perficere inuentarium de bonis, rebus, creditis & oneribus hæreditariis dicti. M. & ideo ſi ſua crediderit intereſſe, compareat per procuratorem legitimum die, hora tali, alias ad inchoationem factionem, & perfectionem procedetur, eius abſentia non obſtante Paris de Put. in tract. de feud. reintegr. folio mihi 123. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſecundum communem ſufficit quòd ſit ſcriptum manu publici notarii, & non plurimum.*

2 *Differentia non eſt quòad ualiditatem teſtamenti, licèt ſecus quòad probationem, an ſint ſcriptum manu publici notarii, an priuati.*

3 *Inuentarium quòd ſcribatur manu publici notarii, eſt de forma, adeò quòd eius omiſſio redderet inuentarium nullum.*

4 *Et in tantum hoc eſt uerum, quòd etiam ſi eſſet ſcriptum manu defuncti coram teſtibus illud non ualeret.*

5 *Inuentarium originem aſſumere debet in perſonam hæredis.*

1 QViaſ de ſubſtantia inuentarii requiritur ꝙ ſcribatur manu publici notarii, quæritur an ſub præſentia duorum tabellionum an unius tantùm ſcribi debeat? text.in l.fi.§.fin autem dubius, in uerſi. ſub præſentia tabellionum videtur requirere plures notarios, cum loquatur in plurali, per regulam.l.ubi numerus.ſf.de teſtib.tamen glo.ibi tenet ꝙ ſufficiat unus notarius; quia pluralitas reſoluitur in ſingularitatem.quam glo.ibi ſequuntur Odofr. Bar. Bal.Alber.de Roſa.Paul.de Caſtro Alex. necnon & Salic. in uerſ. oppono tertiò.ubi dicit falſum eſſe ꝙ pluralitas tabellionum requiratur, quia cum tabellio ſit publica perſona, cui fides adhibenda eſt in inſtrumentorum ſuorũ confectione unus ſolus ſufficere debet.§.ſi quis igitur,in auth.de fide inſtr.Spec.in tit.de inſtr.edit.§.fi.verſi.quid ſi hæres. Bal.in conſi. 145.in princ.vol.4.Nepos à Monte. Alba.in trac.de excep.arti.17.nu.2.Ange.in §.extraneis,col.1.inſtit. de hered.qual.& diff.Guid. Pap. in tract.de inuent. col.fi.verſ.vlterius quęro,& in deciſ.160.nu.4.Porc. in tract.ſuo etiã de inuent.c.2.col.1.verſi.3. requiritur.

tur.Guliel.Benedic.in rep.c.Raynutius,in uerſi.mor tuo itaq; teſtatore.nu.404.Iaſ.in princ.dicte.l.col.5.

2 verſi. quartò requiritur . ubi inquit† ꝙ licèt in teſtamento quoad eius validitatem non quòad eius probationem, non ſit differẽtia an ſit ſcriptum manu publici notarii an priuati hominis,ut in l. publicati.C.

3 de teſta.tamen hic† pro forma requiritur ꝙ inuentarium ſcribatur manu publici notarii. Deci.in conſil. 633.verſi.quintò requiritur. Vital.in tract. clauſu.in verſ.Nil nouari inuent.confec.pend.col.7.uerſi.notarius. Et in tantùm pro forma requiritur ꝙ ſcribatur manu publici notarii, ꝙ inquit Bald.in dicta l.fin.in

4 princ.col.penul.in princ. † ꝙ etiamſi defunctus dum viueret coram teſtibus manu ſua propria ſcripſiſſet omnes res ſuas in inuentario, non ſufficeret hæredi. quem ſequitur ibi Caſtren. reputans pulchrum caſum; dicens ꝙ de facili quiſq; contrarium dixiſſet; maximè quando defunctus per paucos dies ante mortem ſuam inuentarium confeciſſet. quod inquit bene notandum Iaſ.ibi col.3.in princ. nam ſecundũ

5 Nicol.de Matha.ut refert ibi Bald.†inuentarium originem aſſumere debet in perſonam hæredis, & nõ defuncti.ſequuntur Dec.in citato conſi.633.in uerſ. quintò requiritur, in fi.& Porcel.ubi ſuprà.c.2. verſi.ex quibus infertur. dixi in conſi.73.nu.10.Bald.in auth.ſed cum teſtator, col.pen.verſ. quæro quot tabelliones.C.ad l.Fal.Gul.Benedic.ubi ſuprà nu.403.

S V M M A R I V M.

1 Inuentarii pars non poteſt ſcribi per unũ notariũ, & altera per alium, niſi propter rerum abſentiam, uel latè diffuſum patrimonium, uel quando idem teſtes, & tabellio adhiberi non poſſunt.

1 QVid autem ſi inuentarium immineat faciendum ab hærede, nunquid † una pars inuentarii poſsit ſcribi per unum notarium, & altera per alium? glo. in uerbo inuentarium, in fi. in §. ſi uerò abſunt, in auth. de hæred. & falc. tenet ꝙ idem tabellio uſque ad finem adhiberi debet, & illimet teſtes. quã glo. ibi ſequitur Iacob. de Beluis. in 5. col. uerſi. quærit. quintò arg. §. 1. in auth. de tabel. & Ange. ibidem in uerſi. ſuper glo. 1. Bal. in l. fi. in §. cum igitur, col. 5. verſ. ſed nunquid, per l. primam de Sportul. niſi propter rerum abſentiam uel latè diffuſum patrimoniũ. arg. l. propter. C. in qui. cau. tut. dat. Luc. de Pen. in l. 1. C. de cano. frumen. Vrb. Romæ. col. penu. in princ. lib. 11. ubi inquit, iſtud quidem procedere quando iidem teſtes & tabellio adhiberi poſſunt, ſecus quando haberi non poſſunt, ut quia inſtè impeditus fuit tabellio ſecundum Ang. ubi ſuprà, quia tunc poterit expleri per alium, ut not. in l. 1. ff. de off. conſi. & per Inno. in c. quoniam contra, ſuper glo. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus eſſe debet de inuentario.*

2 *Notarius ſecundum communem non præſumitur rogatus.*

1 ITem opus eſt † ꝙ notarius ſit rogatus, ut colligitur in d. l. fi. §. ſin autem dubius, ibi, & iubente ei tabularum. ubi idem etiam tenet Albert. de Roſa. in col. penul. uerſi. Item opus eſt. & in auth. rogati. in fi. C. de teſtib. Bald. in d. l. fi. in §. cum igitur col. 5. uerſ. è contra autem & ibi Alex. in princ. colum. 6. uerſ. & contra intellectum. Vital. in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. pend. col. 7. uerſi. & omnibus ita peractis. Nec obſtat quòd gl. in §. nos autem

in

2 in auth.de tabel.dicat,eum præſumi rogatum;† quia
† in contrarium eſt † communis opinio, de qua per Alex.in conſi.48.vol.5.in l.ſciendum, col. penult. de uerbo.oblig.Dec. in c.1. nu. 20.de fide inſtru.dixi in conſi.44.nu.26.vol.1.& Alexã. in conſi. 152.col.9.in princ.uol.2.Paul.de Caſtro in conſi.205.col.1.ſecundum antiquam impreſsionem. Ang.in §. extraneis col.1 .uerſic.tertiò requiritur, & col.2.in princ. §. & hic geſtis.inſtit. de hæred.qual. & differen.

SVMMARIVM.

1 *Notarii plures & quilibet inſolidum poſſunt eſſe rogati de inuentario.*

1 NVnquid † plures notarii & quilibet in ſolidum poſsint eſſe rogati de inuentario? Bal.determinat ꝙ ſic in l.fin.§.cum igitur,col.5.uerſ.è contrà autem. C. de iure delib.per tex. in §. ſi uerò abſunt,in glo.in uerbo tabulariis,in auth. de hæred.& falc.in tantum ſecundum eum ꝙ poſſunt ſe inuicem tabelliones in teſtes ſubſcribere. argu. l. Romanus Apuluis.ff.de tuto. & curato.dat.ab his.quam gloſſ. ibi ſequitur Iacob.de Beluis.in 5.col.uerſicu. quæritur 3.& Bald.in auth. ſed cum teſtator,colu.3.in fin. uerſi.quæro pone.C.ad l.falcid.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles & immobiles repertæ in hæreditate defuncti deſcribendæ ueniunt in inuentario.*

1 DE forma ſolemnitate inuentarii requiritur † ꝙ in eo deſcribantur omnes res mobiles & immobiles repertæ in hæreditate.l.fi.§.fin autem

dubius.C.de iure delib.ibi, ſuper his rebus quas defunctus mortis tempore habebat, Bald. ibi in §.cùm igitur,col.4.uerſ.quæro requiritur.& Paul.de Caſtr. col.2.verſi.fiat inuentarium.& Iaſ.ibi in princ. dictæ l.col.2.verſi.3. requiritur. Abb.in conſi.73.colu.4.in princ.vol.2. Dec.in conſi. 633.col.pen.in uerſic.4.in inuentario.Guliel.Benedic.c.in repet.c. Raynurius, in uerbo mortuo itaque teſtatore, il 1.nu.400.de teſta.Natta in conſi.574.& 575.dixi in conſi.73.nu.43. vol.2.Porcel.in tract.de inuen.c.3.in prin. Ang.in l. 1.§ hæc ſtipulatio,col. penult.verſi.ultimo ſcias.ff.ſi pluſquàm per l.fal. Vital.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuen.confec.pend.col.9.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Immobilia deſcribenda ſunt in inuentario ſal:ē cum duobus confinibus.*

1 PAriterque bona † immobilia deſcribi debent & deſignari ſaltem per duos proximos confines,teſte Abba.in conſi.73.col.4.verſi. & bona immobilia,vol.2.per l.forma.ff.de cenſ.& nota.per gloſ.in c.2.de lib.obla.facit tex.ſing.in l.ità fidei.ff.de iure fiſci.ubi,cum quidam nominaſſet fundum nullis adiectis demonſtrationibus ex quibus colligi poſſet de quo loqueretur, legiſlator ibi dicit,maiorem fraudem excogitaſſe, quia non tantum legem circumuenire voluit,ſed etiā interpretationē legis, cū diuerſitās rerū obſcurū faciat.Spec.in tit. de inſtr.edit.§.ſi. col.pen.in forma inuentarii, ibi, in primis quidē aſſeruit ſe inueniſſe in dicta hæreditate vnā domū poſitā in tali loco,eius confines & cætera ponendo. Porcel.in tract.de inuent.c.3.in princ.& in col.fi. in forma inuentarii.Natta in conſi,574.nu.5,& in conſi.ſe

quenti

quenti nu.5.dixi in conſil.73.nu.45.cum ſeq.volu.1. Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.penult.verſi.vlti.ff.ſi pluſquã p l.fal.Vital in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec.pend.col.9.in princip. Accedant not.per Bar.in l.tutor qui repertorium,col.2.verſic. quæro qualiter res.ff.de adm.tuto. inquit,ꝙ tutor in inuentario debet deſcribere omnes res per ſigna,latera & confinia,ſicut in libello ponerentur,ut not.in l.ſi rem.ff.de rei vendicat.Pract.Pap.in for.libelli rationis reddendæ,col.3.verſi. adhuc quæritur.

SVMMARIVM.

1 Nomina debitorum & creditorum ſunt deſcribenda in inuentario, & etiam ſi ſibi hæredi aliquid debetur, uel ſi hæres ipſe aliquid debeat.

2 Verbum rei, cum ſit generale, omnia comprehendit.

1 SImiliter etiam † nomina debitorum & creditorum ueniunt per hæredem deſcribenda in inuẽtario, & etiam ſi ſibi hæredi aliquid debeatur uel debeat, ne cõfundatur actio in eius præiudiciũ 2 uel fauorem, nam † iſtud nomen rei, generale eſt, omnia comprehendens.l.1.in fi.ff.ſi cert.pet.coniuncta. l.fi.§.in computatione. C.de iure delib. ubi loquitur de eo, quod ipſe debet, vel ſibi debetur. Ita Ang.in l. 1.§.hęc ſtipulatio,col.pen.in princ.uerſi.ultimò.ff.ſi pluſquam per l.fal.quem ſequitur Vital.in tractat. clauſ.in uerſi.Nil nouari confec.pend.col.9.uerſicu. Tu adde.

SVMMARIVM.

1 Res depoſitæ penes teſtatorem uel accommodatæ ſunt deſcribendæ in inuentario.

Ponen-

1 PONendæ quoque ſunt in inuentario res alienæ puta † res depoſitatæ penès teſtatorem uel accomodatæ Bald.in l.item uidendum.§.nunc uideamus,in fi.ff.de pet.hæred. ubi dicit per illum tex. fuiſſe conſultum ꝙ in inuentario debent poni non ſolum res propriæ,ſed etiam res detentæ. Ange.in l. ſi,de eo.§.ſi fortè.ff.de acquir. poſ. ubi tradit Peruſii fuiſſe conſultũ, ꝙ hæres conficiens inuentarium,debet in eo ponere res depoſitas & commodatas teſtatori & in hæreditate ſua repertas. quem ibi ſequuntur Paul.de Caſtro Roma. Alex. & Imol. ubi reputat hoc notandum Bald.in d.l.fi.in princ. colu.6.ubi etiam Paul.de Caſtro & Iaſ.col.2.uerſi.& an inuentario,ac Corn.nu.19.C.de iure delib.quia hæres poteſt agere & conueniri petitione hæreditatis ad tales res, per l. non tantum, in princ.ff.de pet. hæred. Dec.in conſi.633 col.penul.uerſi.quartò in inuentario.Guliel.Benedic. in c.Raynutius,in uerſi.mortuo itaque teſtatore.il 1.nu.400.de teſta. Porcel.in trac. de inuent.col.1.in fi.ſcripſi in conſi.73.nu.23.volu.2. Angel.à Gambel.in trac.de teſta.glo.112.nu.16.Bal. in notab. ſuis in uerbo inuentarium quando fit ab hærede.quia licèt tales res non ſint in bonis, tamen ſunt ex bonis.l.2.§. in hac actione ff. ui bon. rap. Vital. in trac.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec. pend.col.15.in princip.Franc.Marc.in deciſ.878.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium hæredis continere debet omnia bona defuncti clarè & diſtinctè per pondus, numerum, menſuram, qualitatem, & quantitatem.*

2 *Declaratio ad l. ſi quis intra.C.de bon.præſcrip.*

Item

1 ITem requiritur † quòd inuentarium contineat oĩa bona clarè & diſtinctè per pondus, numerum, menſuram, qualitatem & quantitatem, iuxtà text.in l.ſi quis intra.C.de bon.præſcrip.ubi in deſcriptione facienda de bonis præſcripti debet apponi pondus, numerus menſura, qualitas, & quantitas, & glo. ibi in uerbo deſcriptio, dicit notandum eſſe qualiter conficiatur inuentarium & ibi Bal. ubi dicit, nota hanc, l. pro inuentariis conficiendis, ſcilicet quòd inuentarium tunc dicitur legitimum quando continet omnia plenè, diſtinctè & clarè, ut colligitur in hac lege, quam ad hoc bene nota. Et inquit etiam ibi. Bart. hæc lex docet qualiter res in inuentario ſcribi debent, quam uide & tene menti. Vlterius aduertendum eſt, quòd Cy. in d.l. extendit eam ad inuentarium conficiendum per monachos mortuo Priore uel Epiſcopo, & ad inuentarium tutoris, facit quod not. Bart. in l.fi.C.de magiſtra. conue. ubi inquit, quòd in inuentar. debent deſcribi res cum circumlocutionibus, quibus poſſunt; quæ non poſſunt intelligi niſi reſpectu ponderis, menſuræ numeri, qualitatis & quantitatis? Accedit quod not. Bart. in l.tutor qui repertorium, col.2. uerſi. quæro qualiter res. ff. de admi. tuto. ubi dicit ꝙ omnes res debent ſcribi per ſigna, latera & confinia, ſicut in libello ponerentur, ut dicitur in l.ſi rē.ff.de rei uendica. Pract. Pap. in forma libelli quo agitur ad red. rat. colum.3. uerſi. adhuc quæritur tradens, in inuentario eſſe ponenda omnia iura corporalia & incorporalia, omneſq; res tam mobiles quàm Immobiles per ſigna, latera, & confinia, taliter ꝙ res reddantur certæ, ita quòd tutor poſsit pro ipſo inuentario conueniri tempore rationis reddendæ. l.fi.C.arbit.tutel. Nec
2 habet obſtare ꝙ † d.l. ſi quis intra, loquatur in bo-

nis præſcripti & in fiſco; quia reſpondetur etiam ea locum habet in alijs inuentarijs,ut ſuprà dictum fuit,attenta ratione ipſius.l.poſita in verſi.ne quid ſupra,quæ generalis eſt; Ratio enim legis ubi ſubeſt, magis attendenda eſt quàm legis dictum.l. cum pater.§.dulciſsimis,de lega.2.ſed ratio ipſius.l.ita militat in alijs,ſicut in fiſco, ergo & eadem iuris diſpoſitio.l.illud.ff.ad l.Aquil. & ideo dixit Guido Pap. in deci.631.col.3.quòd diſpoſitio dictæ.l.etiam locum habet in pupillo, & ita aliàs reſpondi,ut in conſi.73. nume.43.cum ſequenti volum.2.& ſententiam hanc demum comprobatum reperui per Nattam in conſi.574 & 575.quorum dicta non tranſcribo,cùm uideri poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio bonorum debet poni in inuentario.*

2 *Inuentarium debet taliter fieri quòd releuetur adultus ab onere probandi res ſuas & introitus earum*

3 *Iuratur in litem contra tutores,* Curatores, *hæredes, Prælatos, & adminiſtratores, qui in inuentario non poſuerunt bona cum ſuis æſtimationibus.*

4 *Paria ſunt inuentarium non facere, uel facere, & non omnes res in eo ponere uel obſcure.*

5 *Ratio naturalis pro lege habetur.*

6 *Ratio naturalis eſt optimus clipeus legis.*

7 *Legem quærere ubi rationem naturalem habemus, nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus.*

Omi-

1 OMittendum quoque non eſt,† quòd in inuentario requiritur æſtimatio bonorum, ut per Bar.
& Bal. in l. 1. C. de magiſtra conue. & Sal. ibi in
primo nota, ubi dicit, quòd fieri debet cum rerum
æſtimatione, & quòd ſemel vidit unum ſic factum,
ſed de conſuetudine habetur in pluribus locis contrarium,
ſed male pro pupillis: Idem Salic. in l. tutores,
quæſt. 8. C. de adm. tuto. ubi quælibet res mobilis
ſaltem debet æſtimari, & eius æſtimationem iuxta
ipſam rem deſcribi, ne fraudetur pupillus, & mouetur
per text. in dicta l. fi. ſubdens quòd alias uidit
inuentarium ita factum in una ex ciuitatibus Marchiæ,
licet Bononiæ non obſeruetur; ſed ne pupillis.
Paul. de Caſtro in conſil. 142. in fin. volu. 1. ubi di-
2 cit,† quòd inuentarium debet fieri vt releuetur adul
tus ab onere probandi res ſuas & introitus earum;
& ideo debet taliter fieri quòd ex eis poſsit tutor
conueniri & conuinci deſcribendo res per confinia,
& latera, ſicut in libello poneretur, & etiam ponendo
æſtimationem rerum, ut dicit Barto. in dicta
l. fin. & hoc ad finem, ut ſi culpa tutoris perdantur;
adultus non grauetur in probando quòd ipſe habebat
res talis æſtimationis, & ideo ſi non conficitur
tam de re quàm de æſtimatione ſtatur iuramento
adulti ut uoluit gloſſella in dicta. l. tutor in uerſicu.
propter res & cauſas amiſſas. Vital. in tractat.
clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. pend. colu.
16. uerſi. ſed circa hoc aduerte, & § 1. nu. 14. Plot. in
3 repet. l. ſi quando. nume. 139. ubi dicit † quòd contra
tutores, curatores, ac hæredes, & omnes prælatos
ac adminiſtratores, qui tenebantur deſcribere
in inuentario & ponere bona cum eorum precio,
ualore, æſtimatione, & quantitate iuratur in litem,
4 quia † paria ſunt inuentarium non facere, uel face-

res, & non omnes res ponere uel abſcure ponere, ita quod de earum precio non conſtet; quia pro omnibus his iurari in litem poteſt, ſicut ſi nullum confectum fuiſſet inuentarium. Guli. Mayn. in l. quo tutela, nu. 59. de reg. iur. ubi ſubdit; ſed dicite, quo magis ue illis, qui res fraudant uel decipiunt; quoniam Dei manum, & uindictam non effugient, quam comminatus eſt per Moyſen Exod. 22. c. & dixi in conſi. 73. nu. 49. volu. 1. Sed ponamus q nulla ſit lex
5 hoc dicens, non ne ſaltem † naturalis ratio, quæ pro lege habetur. l. ſcire oportet §. ſufficit. ff. de excuſa.
6 tuto. not. in l. cum ratio. ff. de bon. dam. & quæ eſt optimus clypeus legis, ut per Bald. in l. 1. §. in princ. in
7 primo notabili. C. de cad. tol. hoc dictat? nam † quærere legem ubi habemus rationem naturalem, nihil aliud eſt quam infirmitas intellectus, ſecundū Ariſt. relatum per Curt. Iun. in conſi. 58. nu. 6. in conſi. 138. nu. 2. & in conſi. 174. nu. 9. poſt Ang. ibi per eum citatum, nam ſicut legislator uoluit conſulere hæredibus ne tenerentur creditoribus ultra uires hæreditarias, & uti beneficio legis falcidiæ aduerſus legatarios, ita etiam uoluit prouidere creditoribus, & legatariis aduerſus hæredes ne ipſi poſsint malignari & ſubripere res hæreditarias, & ideo introduxit formam conficiendi inuentarium, ut excludatur dolus, & fraus, & ne per ipſos committi poſſent, ut in §. ſancimus, in auth. de hæred. & falcid. & in l. fi. C. de iure delib. Modò ſic, ſi dicamus ſufficere hæredibus ponere in inuentario res mobiles hæreditarias ita generaliter abſque æſtimatione earum, quis dubitat quin poterint fraudare creditores & legatarios, ſupponendo alias res uilioris pretii, & ualoris? ut igitur tollatur hæc machinatio, ſubreptio, fraus, & dolus dicendum eſt quòd æſtimatio earum ſit neceſſaria

ria, aliàs ꝙ inuentarium reddatur, inefficax, ita Nat ta in conſi. 575. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium bonorum exiſtentium in domicilio hære dis ſancius eſt ut fiat per ipſum hæredem quàm per procuratorem.*

1 ITem an requiratur† ꝙ inuentarium conficiatur per heredem perſonaliter uel poſsit fieri per procuratorem quando res ſunt in præſentia hæredis. Sa lic. in d. l. fi. §. ſin autem dubius, col. pen. uerſi. quæro dicit tex. tenet quòd poſsit fieri per procuratorem, quia hoc non reperitur prohibitũ, ergo permiſſum l. 1. §. uſus ff. de procur. ſubdens idem tenere glo. ibi licèt quò ad ſubſcriptionem ſecus; quia eam hæres facere tenetur. ſed Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 8. uerſi. de tertio conclude ff. ſi pluſquam per l. falci. inquit, ſanum conſilium eſſe ut per ſe ipſum hæres conficiat inuentarium ſi perſonaliter intereſſe pôt, & hoc propter neceſsitatem ſubſcriptionis. Imò inquit, ꝙ fortè in caſu iſto non poteſt adhiberi procurator uel nuntius ſi ipſe poteſt perſonaliter intereſſe, quam partem tenuit quoque Porcel. in tract. de inuen. in prin. nu. 9. cum ſeq. nullam penitus faciens mentionẽ de Ang. ubi ſuprà, ſicq; ſalubrius eſt ad tollendum, omnes difficultes, ut per ſe ipſum hæres inuentarium conficiat ſi perſonaliter adeſſe poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confici poteſt per procuratorem quando bona ſunt extra domicilium hæredis.*

2 *In-*

2 *Inuentarium ſubſcribi poteſt per procuratorem, quando per ipſum confectum fuit inuentarium de bonis alibi ſcitis quàm in domicilio hæredis.*

3 *Concedens aliquid, uidetur etiam concedere illud ſine quo id expediri non poteſt.*

1 SEd an† per procuratorem confici poſsit inuentarium quando bona ſunt extra domicilium hæredis? tex. eſt ad literam ꝙ ſic. in l. fin. §. ſin autem à locis, ibi, per ſe uel inſtructos procuratores. C. de iure delib. ubi Odofr. in §. cùm agitur, col. 2. in fi. Alber. de Roſa. in fin. Paul. de Caſtr. ibi col. 2. uerſi. 5. requiritur ſubſcriptio, poſt Bald. ibi col. fi. in uerſi. nunquid ergo. Sal. ibi in §. ſin autem dubius, col. penult. verſicu. quæro dicit tex. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 8. uerſi. de tertio conclude. ff ſi pluſquam per nume. 10. & in cap. 8. numer. 6. Natta in conſi. 214. numer. 15.

2 Imò plus volunt docto quòd iſto caſu nedum inuentarium fieri poſsit per procuratorem† ſed etiam per eum ſubſcribi, ut per Odofred. in dicto §. cū igitur, col. 2. in fin. verſic. ſed hoc cau. quia cum lex conceſſerit quòd per eum fiat inuentarium, pariter & dictam ſubſcriptionem conceſsiſſe uidetur † nam cum

3 aliquid conceditur, id videtur concedi ſine quo id expedire non poteſt l. ad legato. ff. de procur. quia dictum approbat Bald. ibi col. fi. & Paul de Caſt. col. 2. in fi. & hanc partem etiam ibi ſentire videtur Sal. in §. ſin autē dubius, col. pen. verſi. quæro dicit text. Porcel. in trac. de inuent. c. 3. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conficiens inuentarium, illi debet ſe ſubſcribere.*

Requi-

1 REquiritur etiamꝗ hæres ſe ſubſcribat inuentario tex.eſt ad litteram in l.fi.§. ſinautem dubius.C.de iure delib.ib',ſubſcriptionem tamẽ ſupponere hæredem neceſſe eſt.ubi text.imponit neceſsitatem hæredi ſe ſubſcribendi. Et ratio vrgens ponitur in tex.ibi ſignificantem Bal.in l.fi. § cum igitur, col.5.verſic.Item quæritur ſubſcriptio hæredis. Pau.de Caſtro ibi col.2.in fi. uerſ.quintò requiritur. Sali.in §.ſinautem dubius,in prin.Iaſ.in princ.dictæ. l.col.4.uerſi. ſextò requiritur & eius ſubſcriptio, ut ibi per eum, quæ debet eſſe quòd omnia legaliter fecerit ſine dolo.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.3.circa fi.uerſ.ſi autem ſcribit.ff.ſi pluſquam per l.fal.ubi ait, ꝗ hæres manu propria ſi ſcribere ſcit & poteſt, ſe ſubſcribat,ſignificando quantitatem rerum,iuriũ & actionum illa eſſe prout deſcriptum eſt per notarium,& ꝗ circa ipſum inuentarium neque aliquam rem in eo contentam, non uſus eſt aliqua malignitate nec utetur in poſterum.Bart.in §.ſi enim,in fi. primæ col.in auth.de hæred.& falc.Ang.in §.extraneis, col.1.in fi.de hæred.qual.& differ. Paul. de Caſtr.in conſi.205. col.1. ſecundum antiquam impreſsionẽ. Vital.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuẽt.cõfec. pend. colum.8.uerſi.& præmiſſo. Porcel.in tractat. de inuent.c.2.col.1. uerſi. quintò requiritur. Dec.in conſi.633.colum.pen.in fi.uerſi.6.requiritur.Nepos à Monte Alba.in tract.de excep.art.17.nu.3. Bal.in conſi.145.in princ.volum.4.in conſi.48. volum. 5.& in conſil.63.vol.3.Natta in conſi.214.num.12.Guid. Pap.in conſ.42.in prin.poſt Angel. ibi per eum citatum, ubi tenet talem ſubſcriptionem per hæredem neceſſariò eſſe faciendam ad hoc ut ualeat inuentarium,& in conſi.160.nu.3.& in conſil. 129. nume. 1. Et in tantum hoc eſt uerum, quòd etiam ſi cum iu-

ramento iſtud dixerit coram iudice, nihil faceret; quia id atteſtari debet ſua manu illi ſe ſubſcribendo; quia forma à lege tradita obſeruanda eſt, & ei nihil addi uel detrahi poteſt, ſecundum Bal. in l. quoties, l. 1. C. de ſuis & legit. & omiſsio formæ etiā in quali bet minima parte uitiat actum Butr. in c. Piſanis, in 7. not. per illum tex. de reſti. ſpol. ita Natta ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſi neſcit ſcribere, debet uni notario committere, ut ſe ſubſcribat inuentario.*

1 QVid † ſi neſcit ſcribere? debet uni tabellioni hoc committere. Bart. in l. fi. §. cum igitur, col. 2. C. de iure delib. ubi Bald. colu. 5. uerſic. Item quæritur. Paul. de Caſtro ibi col. 2. verſic. quinto requiritur Sal. in §. ſin autem. dubius, in princ. Iai. in dicta. l. fi. in prin. col. 2. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 3. circa fi. verſi. ſi autem ipſe hæres ff. ſi pluſquam per l. falcid. Ang. in §. extraneis, col. 1. in fin. de hær. qual. & differ. Paul. de Caſtro in conſil. 205. col. 1. ſecundū antiquam impreſsionem. Porcel. in trac. ſuo de inuent. c. 1. col. 1. uerſi. quintò requiritur. Dec. in conſi. 633. col. pen. in fi. dixi in conſi. 73. nu. 25. vol. 2. Nepos à Monte Alba. in tract. de excep. in art. 17. nu. 3. Bald. in conſi. 145. in princ. uol. 4. & in conſi. 48. vol. 5. Guid. Pap. in conſil. 42. nume. 2. & in conſil. 129. nume. primo.

SVMMARIVM.

1 *Hæres neſciens ſcribere ſi fecit inuentarium ſubſcribi per procuratorem, non ualet ſubſcriptio.*

Quid

1 QVid enim† ſi non adhibuit alium notarium ſed inuentarium ſubſcribi fecit per ſuum procuratorem? Bald.in dicta.l.fi. §. cum igitur colum. fi.tenet quòd poteſt conficere inuentarium, ut in l. fin.dicti.§.ergo & ſe ſubſcribere. Contrarium tene-
† tur per † omnes, quia lex illa loquitur quando res non erant præſentes ſed abſentes,& per procuratorem fuit confectum,ideo ad ipſum pertinet ſubſcribere,ſecus quando Inuentarium cõficitur per ipſum hæredem quia tunc non poteſt ſubſcribi per procuratorem,ſed per alium notarium.Paul. de Caſtro in dicta l.fi.in §. cum igitur col.2.in fin.& ibi Sali. in §. ſinautem dubius,in prin.in uerſ.quintò. Iaſ.in d.l.fi. in prin.col.4.uerſi.ſextò requiritur.Porcel.in tract. de inuent.c.2.col.1.uerſ.ſed quæro in practica.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſubſcribens ſe inuentario hæredis neſcientis ſcribere, ſi in ſubſcriptione non ponat quantitatem rerum mobilium & immobilium, ſubſcriptio ualet.*

2 *Simplex ſubſcriptio refertur ad omnia precedentia.*

3 *Subſcriptio facta per notarium operatur quòd omnia præſumuntur ſolemniter facta.*

1 SI † hæres neſciens ſcribere adhibet quemlibet alium notarium,qui ſe ſubſcribat nomine hæredis, & ille in ſubſcriptione de quantitate rerũ mobilium & immobilium poſitarũ in dicto inuentario nullam mentionem facit, utrum talis ſubſcriptio ualeat? Reſponde quòd ſic, ſecundum Bald.in
2 conſi.48.circa fi.vol.5. † quia ſimplex ſubſcriptio refertur ad omnia,ita quòd omnia præcedentia habẽ

tur pro expreſsis.l.ſi fideiuſſor.§. ſi pater.ff.de pign.

3 Item † ex quo per publicum notarium facta eſt ſubſcriptio præſumuntur omnia ſolemniter acta, iuxta notata in l.1.de uſur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium factum apud acta, non requirit ſubſcriptionem hæredis.*

1 QVid autem † quando inuentarium eſt factum apud acta, & interuenit decretum iudicis, an requiratur ſubſcriptio partiũ? Bal.dicit ꝙ non in conſ.143.col.2.in prin.vol.4.per notata in l.cũ donationibus.C.de dona. Item quia præſumuntur omnia ſolẽniter facta ex quo decretum iudicis fuit interpoſitum,iuxta gloſ.ordinariam in l.1.C.de fide inſtru. & iure haſtæ fis. lib. 10. bene faciunt quæ dicit Guid.Pap.in tract.de for.inuent.nu.23.ubi etiam dicit ꝙ ſi fieret inuentarium iudice ſedente pro tribunali,credit ꝙ duo teſtes ſufficiãt, & fortè illud ualeat abſque ſubſcriptione teſtium per not.in c.quoniam contra, de proba.& ꝙ ita vidit ſeruari de ſtilo curiarum patriæ delphinalis.

SVMMARIVM.

1 *Subſcriptio teſtium non requiritur in confectione inuentarii.*

1 SEd quid dicimus † de ſubſcriptione teſtium, an illa requiratur? Reſponde ꝙ non,ut per Paul.de Caſtro in conſi.205.col. 1. ſecundum antiquam impreſsionem,quia nullibi cautum reperitur ꝙ ipſa

fit

ſit de ſubſtantia. Item non eſt neceſſaria ex quo notarius rogatus de inuentario atteſtatur ipſos interfuiſſe; cui creditur, etiam ſi de centum teſtibus faceret mentionem quando contrarium non probatur, quia tot teſtium uices obtinet inſtrumentum, quot ſunt ibi deſcripti, ut plenè not. in l. fi. C. de fideicom. & Bart. in l. hæredes palàm, in princ. ff. de teſta. facit tex. in c. conſuluiſti. 2. q. non eſt qui dicit ꝙ expreſſe ſancitum non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum Craue. conſi. 6. num. 87. 194. num. 3. & 280. circa finem.

S V M M A R I V M.

1 *Inuētarium ſcribi poteſt diuerſis diebus & menſibus*

1 NVnquid † diuerſis diebus & menſibus poſſit ſcribi inuentarium, uel requiratur ꝙ fiat unico contextu? Dic ꝙ non eſt de ſubſtantia ꝙ fiat eodem contextu, ut eſt glo. in uerſ. inuentarium, in auth. de hæred. & fal. per tex. in l. fi. §. ſin autem dubius. C. de iure deliber. quam ibi ſequitur Iacob. de Beluis. ſub. §. hinc nobis, col. 5. uerſi. quæritur quartò, & Sal. in l. tutores. in 13. q. C. de adm. tuto. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. col. 4. uerſi. & ideo commodius. ff. ſi pluſquam per l. falcid. ubi dicit ꝙ licèt commodius ſit ut inuentarium expediatur unico contextu, cum iidem teſtes & tabellio diuerſis horis & temporibus fortè non poterunt faciliter congregari, tamē ꝙ ille unus contextus non eſt de neceſſitate inuentarii, per gl. in d. §. ſi uerò abſunt. Bald. in notab. ſuis in uerbo inuētariū. Vital. in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. conſ. pend. col. 26. uerſic. tertiò Natta in conſi. 214. nu. 14. Porc. in trac. de inuent. c. 2. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confici poteſt in pluribus chartis.*

1 INuentarium † an poſsit confici in pluribus chartis? Concludas ꝙ ſic, ut per Odofr. in l. fin. §. cùm igitur, in fi. C. de iure deliber. nam & in libro rationum antiquitus deſcribebantur contractus, unde argentarius tales libros edere cogebatur. Item lex dicit quòd in pluribus Codicibus uuum teſtamentũ poteſt ſcribi. l. locum, in princ. ff. de tab. exhib. uel poteſt dici ſi ex tali iunctura emergeret dubietas, non poteſt confici in pluribus chartis, alioquin ſic, niſi literæ ſuperioris chartæ ſint coniunctæ in alia coniũcta, ſubdens ꝙ ita obſeruat conſuetudo. Bal. ibi col. fi. uerſi. ſed ſi non, ubi dat conſilium in tali caſu ad remouendum dubitationem, quòd in prima charta fieret mentio de ſecunda per hunc modum, & quia in hac charta res omnes cōprehendi nō poterant, ideo ad eam alia eſt coniuncta, per talem modum in qua dictum inuentarium completur, ſicut & cum teſtis non habet annullum ad ſigillandum ſigillat cum alieno, ut in §. poſſunt inſtit. de teſta. & Bal. ſequitur. Vital. in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. penden. colum. 24. uerſi. & ſi non poſſent.

SVMMARIVM.

1 *Res hæreditariæ quando ſunt in diuerſis locis, tot erunt inuentaria, quot ſunt loca ubi ſunt ipſe res hæreditariæ.*

Quid

2 QVid enim quando † res hæreditariæ ſunt in diuerſis locis uel territoriis, an erunt tot inſtrumenta, quot ſunt Ciuitates uel territoria ſiue loca ubi ſunt res hæreditariæ? Odofr. in l. fi. §. ſin autẽ, dubius. C. de iure delib. col. fi. concludit ꝙ hæres faciat unam magnam chartam, quam portet ſecum in omnibus Ciuitatibus uel ſingulis locis ubi extant res hęretaditariæ, & non faciet plura inſtrumenta, uel plura inuentaria argu. l. cum plures fundi. ff. de euict. quem ſequitur Guid. Pap. in trac. de for. inuẽt. nu. 24. ubi ſubdit ꝙ aliàs practicando ad euitandam iſtam difficultatem & multas alias conſueuit conſulere quòd fiat inuentarium iudicialiter in forma, uidelicèt quòd fiat unico contextu, ubi declarentur aliqua bona cum proteſtatione quòd poſsint addi alia bona in ipſo inuentario quoties ad notitiam hæredis peruenerit, & ſic non fiet niſi unum inſtrumentum inuentarii. Bal. in dicta l. fi. in §. cùm igitur, col. fi. uerſi. ſed ſi res.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti per hęredem poſt mortẽ defuncti, ante tamen aditam hęreditatem, non ſunt deſcribendi in inuentario ſed in libro rationum.*

1 AN ſit hæreditas mortuo teſtatore recipit incrementum ante aditam hæreditatem propter fructus, partus, uel acceſsiones ciuiles, an illa in inuentario ponenda ſint? Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. pen. uerſi. & ſi hæreditas. ff. ſi pluſquam per l. falc. videtur tenere ꝙ ſic quòad creditores, & etiam quòad legatarios, quando tales acceſsiones ueniunt computandæ in falcidiam; quia augent hæredita-

tem per l.ꝗ de bonis.§.fructus.ff.ad l. falc. ſequitur Corn.in l.fi.in princ.nu.20.C.de iure delib. Vital. in trac.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec. pend. col.7.uerſi.Ang.tamen Porcel.in tract. de inuen. in princ.num.27. Tu teneas quòd huiuſmodi non ſunt ponenda in inuentario, ſed ſatis eſſe ꝗ illa deſcribantur in libro rationum, ut probat tex.in l.fi.§.ſin autẽ dubius.C.de iure delib.ubi, ſuper his rebus quas defunctus mortis tempore habebat, quam partem tenuit Spec.in titu.de inſtrum.edit.§. fin. uerſicul. ſed nunquid in inuentario.& Bald. ibi in addit.in fin.in uerſi.ſi tutor non poſuit ubi de his debet fieri codex rationum, & eſt ſimile in fideiuſſore dando per l. mulier.C.de iure dot.Ang.in dicta. l.fin.§.ſin autem dubius, ubi reputat hoc ſingulariter notandum, quem ibi ſequuntur Alex.in 3.colum. in uerſic.nota in textu ubi mortis tempore, & Iaſ.col.2.in fin.ubi reprobant Angel.in dicto.§.hæc ſtipulatio.cum quibus etiam conuenit Guil.Bened.in repet.c.Raynutius, in uerbo mortuo itaque teſtatore,il 1.nu.401. de teſta.

SVMMARIVM.

1 *Legatum debet poni in inuentario, etiam poſt mortem legatarii, ſi illud eſt tranſmiſſibile ad hæredẽ.*

1 SEd nunquid † in inuentario debeat poni legatũ etiam poſt mortem legatarii? diſtingue ſecundũ Bal.in l.1.in fi.C.ut actio ab hæred.& contra hæred. incip. Aut legatum eſt tranſmiſsibile ad hæredem,& tunc debet poni in inuentario,quia tunc incipit ab hærede ex perſona defuncti. Aut aliquid legatur quod non eſt tranſmiſsibile,ut uſusfructus, &

illud

illud poni non debet in inuentario rerum defuncti ab hærede conficiendo, cum incipiat ab hærede ex perſona ſua,& non ſit de bonis defuncti, per l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ff.de uerb. oblig. quam ſententiam ſequitur Paris.in conſi.56.col.pen. circa finem uerſi.& quod tale vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis non requiritur in confectione inuentarii.*

1 QVid dicimus† de decreto iudicis,an ſit de ſolēnitate ſubſtantiali inuentarii?Bal.in l.fi.§.cum igitur,col.4.in princ. verſi.iudex tamen. C. de iure delib. dicit non eſſe neceſſarium decretum iudicis,& in auth.ſed cum teſtator,col.3.uerſi. quæro nū quid in fine, ꝑ rationes ibi per eum allegatas in l.1. col.3.in prin.verſ. quæro an poſsit. C. qui bon.ced. poſ.in notab.ſuis in uerſi.inuentarium confici dēt.in cōſ.383.in fi.vol.1.& in con.265.col.fi.vol.3.Vital.in trac.clauſ.in uerſ.Nil nouari inuent. conf. pend.col. 6.in fi.quamuis contrariū,licèt malè, teneat Ang.in §.extraneis,col.1.in fi.inſtit.de hæred.qual.& differ.

SVMMARIVM.

1 *Præſentia iudicis requiritur in confectione inuentarii.& nu.3.ſed contrà nu.5.*

2 *Curator inuentarium conficere tenetur corã iudice.*

3 *Epiſcopus, qui tenet locum hæredis, inuentarium coram iudice conficere debet.*

4 *Inuentarium confici poteſt in quacunque domo honeſta, & maximè in domibus eccleſiarum.*

5 *In-*

5 *Inuentarium non conficitur una die vel vno inſtante, ſed eius confectio durare poteſt per menſem.*

6 *Inuentarium hæredis poteſt ſcribi per alium notarium, quàm per notarium actorum.*

7 *Inuentarium ſi deberet confici in iudicio, illud fieri deberet per notarium actorum.*

8 *Prę ſentia iudicis neceſſaria eſt in inuentario quantum ad hoc, ut illud fidem faciat contra debitores nominatos in eo.*

9 *Inuentarium vt probet contra debitores, illud ſcribi debet totum per extenſum.*

10 *Prę ſentia iudicis non eſt neceſſaria in inuentario quantum ad obligandum hęredem.*

11 *Inuentariũ ad cautelam confici debet in præſentia iudicis.*

1 PRæſentia † iudicis an de ſubſtantia requiratur in confectione inuentarii? Primo aſpectu dicendũ uidetur, ꝙ ſic, ut uidetur uelle glo. in uerbo natura, in §. ſancimus, auth. de hæred. & falcid.

Secundò per text. in l. de creationibus. C. de Epiſ.
2 aud. ubi † curator inuentarium conficere tenetur coram iudice. & idem ſimiliter dicitur in lege tutores, la ſecunda in gloſ. C. de adminiſt. tuto.

Tertiò in terminis ita concludit Bald. in l. fin. in §. cùm igitur, col. 4. in princ. C. de iure delib. ubi inquit, iudicem neceſſarium fore pro citatione abſentium, ut in l. 1. col. 3. uerſi. quæro an poſsit fieri ceſsio. C. qui bon. ced. poſ. ubi ait quod hæres qui debet facere inuentarium, illud facere debet coram iudice, ut in §. ſi uerò abſunt, in auth. de hæred. & falc. propter citandos in conſil. 383. in fin. vol. 1. ubi requiritur præſentia iudi-

iudicis, quia ille adeſſe debet, qui habet citare, & in conſ.265.circa fi.volum.3.Iterum in notab.ſuis in uerbo inuentarium confici debet, licet dicat quòd de conſuetudine valet coram tabellione ſolo. arg.l. primæ.C.de eman.liber.quod tamen eſt uerum ſecū dum eum ſit de commiſsione iudicis, alias non, ut l. Inſtrumentum. C. de iure fiſci lib.10. in dicto.§. ſi uero abſunt.Ange.in l.1.§.hæc ſtipulatio, col.8.uerſ. de quartò.ff.ſi plusquam per.l.falc.ubi dicit præſentiā ipſam neceſſariam ut omnis ceſſet ſuſpicio, ut de hoc uidetur eſſe tex.in l.nulli.§.cum autem, de Epiſ.
3 & cler.& in d.l.de creationibus.Si enim † Epiſcopus, qui tenet locum hæredis tenetur facere inuentariū coram iudice, ergo multò fortius uerus hæres, qui non pollet tanta dignitate, ſubdens ꝙ ita communiter ſeruatur,& de more non eſſe recedendum. Socī. Iun.conſi.19.nu.14.vol.3. Ang.in §. extraneis col.1. in fin.inſtit.de hæred.qual.& differ.in uerſicu,& iſtis peractis in præſentia iudicis competentis. Mart. de Fano, ut refert Paul.de Caſtro in dicta.l.fi.§.cum igitur, col.3.verſi.Mart.de Fano.C.de iure delib.Pract. Pap.for.libel. quo agitur ad redden. ratio. tutel. in uerbo in ſuo ultimo teſtamento, colu. 3. in princip. in uerſicul. ſecus eſt, & in for. lib. quo. pet. hæred. ex teſta.in uerbo purè, col.fi.ibi, in cuius inuentarii forma Luc.de Pen.in l.1.uerſ.prima eſt,& in uerſi,3. forma.C.de can.fru.urb.Ro.lib.11. ubi dicit hanc eſſe communem formam, dixi in conſi. 73.nume, 36, volum.2.

Contrariam uero partem tenuit Sali.in l.fi. §, ſin autem dubius, col.7.in fi.verſi.quæro ad quem locū, C.de iure de lib. quia nec in dicta.l. nec in §. ſi uerò abſunt, ubi ponitur modus & forma inuentarii, nihil dicitur de iudicis præſentia. & ſubdit † ꝙ in qua
4 cunque

cunque domo honeſta,& max.inter domos eccleſiarũ,ut in capitulo conuentus S.Dominici poteſt inuẽtarium fieri.Idem tenuit ibi.Paul. de Caſtro colu.4. uerſi.Mart. de Fano. ubi inquit, præſentiam iudicis
5 non requiri,quia† non conficitur una die uel uno inſtanti,ſed poteſt durare confectio per menſem,unde laborioſum eſſet ſemper iudicem adire,& ideo ſufficere cõcludit atteſtationem notarii, & idẽ notarius debet adhiberi,& in fi.adhibentur teſtes. Bar.in cõſ. 154 col.3.ubi expreſſe ita tenet, dicens præſentiam ipſius non fore neceſſariam, cum in ea nihil ſit faciẽdum per iudicem concedendo uel negando hæredi. Inquiens vocationem creditorum uel legatariorũ fieri non debere forma iudicii. Bald.in l.defenſionis facultas.C.de iure fiſci,lib.10, ubi etiam tradit ꝙ licèt tutoris inuentarium ordinetur ad ſententiam,id eſt,ad decretum recipiendum adminiſtrationis. l. fi. C.de magis.con. ſecus eſt inuẽtario hæredis, ut probatur in dicta l.defenſionis. quem ſequitur Vital. in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec.pend. col.6.circa medium uerſi.Bald.uerò. Et ꝙ non ſit ne
6 ceſſaria oſtenditur ſecundum eum† quia inuentariũ hæredis poteſt ſcribi per alium notariũ,quàm per illum,qui præeſt actis; ergo non eſt neceſſarium illud fieri uel ſcribi in iudicio;quia ſi ita eſſet, non poſſet illud redigi in ſcriptura niſi per notarium actorum in l.fraudem §.quotiens. ff. de iure fiſci, & l.curent. ff.de teſtib.Corn.in dicta l.fi.in princ.nu.38.C. de iure delib.Porcel.in trac. de inuent.c.2.nu.11.pro qua ſententia facit,quod not.Bal.in auth. ſed cum teſtator,col.3. Item inuentarium.C.ad l. falc. ubi inquit,
7 † ꝙ inuentarium non eſt actus fori, cum extra iudicium partibus præſentibus poſſit fieri quem ſequitur.Porcel.in tract.de inuent.c.2.nu.11.

Et

Et ad gloſſ. in dicto §.ſancimus,in uerbo natura, reſponderi poteſt ſecundum Salicet. in d.§.ſin au-
7 tem dubius,colum.3.in fin.ꝙ glo.ipſa † communiter reprobatur.

Ad l.uerò de creationibus, reſpondetur etiam ex mente Paul.ubi ſuprà,ꝙibi text.loquitur de inuentario tutoris uel curatoris: quia debet adminiſtratio decerni per iudicem confecto inuentario.

Pariter reſpondetur ad notata in l.tutores,ſecundum Salic. in dicto §. ſin autem dubius, colum.4.in princip. quod ibi loquitur de inuentario tutoris, quod ad alium finem fit quàm ut ſciantur uires hęreditariæ.

Quid dicendum in hac contrarietate ſcribentiũ? Dic, ꝙ fœdere diſtinctionis poſſunt iſtę opiniones
8 conciliari,uidelicèt ꝙ ſi quærimus† an præſentia iudicis ſit neceſſaria quantum ad hoc ut inuentarium faciat fidem contra debitores nominatos in eo, & tunc quòd fieri debet in præſentia iudicis, ut concludit Barto. in l.tutor qui repertorium, columnn.2. verſicu.quæro an inſtrumenta.ff. de admi.tuto. quæ-
9 rit enim ibi Barto. an † inſtrumenta in quibus deſcribuntur nomina debitorum debeant poni per extenſum in inuentario. & concludit quòd ſi aliquis uellet quòd inuentarium probat contra debitores debet ſcribi totum per extenſum. l. chirographus. ff. de adminiſt. tuto. & debet eſſe confectum coram iudice præſentibus debitoribus uel legitimè citatis ad hoc, aliàs inuentarium non faceret fidem. au then. ſi quis in aliquo. C. de edend. & quòd citatio debet eſſe clara quòd compareat coram iudice ad uidendum fieri confectionem inuentarii, in quo exemplatur tale inſtrumentum debiti. rurſus in dicta.l.Chirographus, in princ. Salic.in l. tutores,

in 2.quæſtione.C.de adm.tuto. & tunc procedat pri
10 ma opinio.Aut uero quærimus an ſit neceſſaria præ
ſentia iudicis quantum ad hæredem obligandum,&
ſufficit fieri extra iudicium.Nec obſtat ꝙ requiratur
citatio pro citandis creditoribus, & legatariis ut uo
lunt ſcriben.in dicta.l.fin.C.de iure deli.quæ non po
teſt fieri ſine commiſſione iudicis.l.ſi.ubi Bart. C. de
exhib.reis.quia reſpondetur ꝙ etiam illa citatio po-
teſt committi per iudicem extra confectionem inuẽ
tarii,quia poteſt mundari per ipſum creditoribus &
legatariis ut compareant tali die,hora & loco,& ſuc
ceſſiuè ad uidendum fieri confectionem inuentarii.
ita Corn.in dicta l.fin. in princ. nu. 38. quam diſtin-
ctionem facit Porcel.in tract.de inuent.c.2.nu.9. Vi
tal.in tract.clauſ.in uer.Nil nouari inuentar.confec.
pend.col.5.in fi.cum princ.ſequentis.Nec tamen in-
tellige uera niſi conſuetudo contrarium obſeruaret.
11 Tamen † ad maiorem cautelam ut tollantur lites,
melius eſt quòd fiat coram iudice, ut tradit Corne.
ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confectum tempore feriato ualet.*

1 ADuerte tamen † quòd quocunque tempore etiam feriato poteſt expediri & fieri inuentariũ ut per Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio, col. fi. ff.ſi pluſquàm per l. falc. ubi dicit, ꝙ quolibet tempore etſi feriato pòt fieri, cum non expediatur in forma iudicii.ſicut dicimus in inuentario tutoris, qui dari poteſt quolibet loco, & quolibet tempore poteſt cõficere inuentarium.l. qui habet. §. quolibet loco, ff. de tutel.Bertach.in tract.de Epiſc.in 4.par.nu.34.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui per errorem aliqua poſuit non apponenda in inuentario errorem illum propria auctoritate corrigere non poteſt, ſed coram iudice uocatis creditoribus, & legatariis corrigere debet.*

1 SI hæres† poſuit per errorem aliqua in inuentario non ponenda, utrum poſsit corrigere errorem ſuum? Reſponde ſecundum Bald. in auth. ſed cum teſtator, col. fi. C. ad l. Fal. ꝙ ſic coram iudice citatis creditoribus, & legatariis & non propria auctoritate. arg. l. cum falſa. C. de iur. & fac. igno. & l. quæ quiſque. ff. de acquir. hæred. rurſus in l. 1. §. Itẽ ſolent. ff. de off. præfec. urb. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 6. in princ. fi. ſi pluſquàm per l. falc. uerſi. ſed ſi hæres. ubi dicit quòd non poterit detrahere hæres niſi uocatis his quorum intereſt ſicut nec tabellio non poteſt ſuum inſtrumentum corrigere niſi parte uocata. l. ſi librarius, ubi Bart. de regu. iur. Idem voluit ibi Imo. col. 4. ver. Itẽ diligenter pondera. Porcel. in tract. de inuentario. c. 2. nu. 12.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo cuiuſcunque loci ſeruanda eſt in confectione inuentarii.*

2 *Conſuetudo cum ſit facti probari debet.*

3 *Conſuetudo conficiendi inuentaria alio modo quam à iure communi diſponitur, non probatur per multa inuentaria concepta in eadem forma, niſi etiam probetur quòd illis data fuerit fides in iudicio tanquam legitime confecta.*

Quæ

QVæ autem dicta ſunt ſuprà circa ſolemnitates requiſitas à iure communi in confectione in-
1 uentarii, † intelligas locum habere niſi adſit conſuetudo in contrarium, ſecundum quam tãta ſolemnitas non requiratur; quia illa attendi debet. ita Rolandin. in ſumma ſua artis notariæ ſub rub. illa inuentarium ab hærede confectum. ubi dicit, ꝙ ut plurimum de conſuetudine dictæ ſolemnitates non ſeruantur, & tamen inuentarium ſuis uiribus præponitur. quem ſequitur Bal. in l. fi. in fine princ. C. de iure delib. ubi etiam Iaſ. col. pen. uerſi. ſed licèt prædicta. Paul. de Caſtro in §. cum igitur, col. 1. quia rarò non poſſet reperiri inuentarium quin poſsit impugnari. quod inquit notandum ad ſuſtentationem inuentarii. Specu. in tit. de inſtru. edit. §. fi. uerſ. quid ſi de conſuetudine. Guid. Pap. in conſ. 42. nu. 3. & in trac. de inuen. n. 9 Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. col. 8. uerſi. de quintò. ff. ſi pluſquàm per l. fal. ubi ſtatuto uel conſuetudine tolli poteſt ſolemnitas inuentarii, quatenus inuenta eſt à mero iure ciuili, non autem illa quæ iure gentium eſt neceſſaria, ut in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum. Vital. in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. pend. col. 4. in fi. cum princ. ſequentis Bal. in auth. ſed cum teſtator, col. 3. in princ. verſi. alii dicunt. C. ad l. falcid. ubi tradit, ꝙ ille qui cadit à Syllaba in inuentario cadit à toto, niſi alia ſit conſuetudo loci in confectione inuentarii; quia quod ſecundum conſuetudinem fit iure fieri uidetur, cùm ipſa conſuetudo ex iuris auctoritate ſumat uigorem. §. ex non ſcripto. inſtit. de iure nat. gen. & ciuili. Bal. in conſi. 63. volu. 3. ubi dicit ꝙ in multis locis non ſeruantur legum laquei innodantes hæredes per imprudentiam circumuentos. Abb. in conſi. 73. col. 2. vol. 2. Dec. in conſi. 633. colu. fin. in

princ.

princ.Saxon.in conſuetud.Turon.mihi.uerſi.43.col.
2 2.in fi.Verum eſt † quòd non ſufficit allegare ipſam conſuetudinem.ſed etiam ea probari debet, ut per Bal.in propria materia in dicta.l.fi.§. cùm igitur,colum.6.uerſi.ſed audi nouam quæſtionem, in fi.C. de iure delib.quem ſequitur Guid.Pap. in conſi.42.nu. 3. Et ratio eſt quia licet ius ſit certum, & ideo non probandum,quia eſt in uſu,& conſuetudine, tamen conſuetudo quæ eſt ius non ſcriptum,& non certa, debet per partem probari in iudicio. Cyn.in l.2. C. quæ ſit longa conſuet. Item dixit Abba. in conſi.73.
3 col.2.in fi.vol.2.† ꝙ ad probandam huiuſmodi conſuetudinem non ſufficeret producere multa inuentaria ſub eadem forma confecta, niſi etiã probetur. quòd illis data fuerit fides in iudicio tanquã legitimè confecta, uel quòd ita palàm fuerit facta, uenerit in notitiam populi, nam cum conſuetudo inducatur ex tacito conſenſu populi l.de quibus ff.de.ll. oportet ꝙ probentur actus per quos eliciatur tacitus conſenſus populi ad conſuetudinem inducendã dixi in conſi.73.nu. 42.vol.2. Id etiam uoluit Natta in conſi.574.in fi.& in conſi.332.colu.pen.ubi etiam ait ꝙ ſi reperiatur aliquando in inuentariis hæredũ quòd fuerint adhibiti tres teſtes loco abſentium creditorum, & aliquando non fuerint adhibiti, quòd non poſſet tunc fieri ſuper præfata cõſuetudine fundamentum; quia ubi conſuetudo non eſt uniformis ſed uaria,tunc ſeruandum eſt ius commune.l.nemo. §.temporalis,de reg.iur.l.quæſitum.§.ſi quis eodem. ff.de fund. inſtruc.ubi ex uſu difformi teſtatoris non poteſt colligi eius intentio.Dec.in conſi.8.colum.3. conſil.11.col.7.& 215. colum.2. Craue. in conſil.96. nume.5.

SVMMARIVM.

1 *Cautus eſſe debet hæres poſt perfectionem inuentarii ut proteſtetur quòd ſi quid de bonis hæreditariis ad eum peruenerit, quòd addere intendit.*

2 *Additio inuentarii fieri poteſt poſt tempus complendi inuentarium.*

3 *Proteſtatio multum releuat hæredem pro ſuorum iurium conſeruatione.*

1 CAutus † eſſe debet hæres poſt ſubſcriptionem & perfectionem inuentarii ut proteſtetur ꝙ ſi adhuc ad eũ aliqua bona de hæreditariis peruenerint in inuentario addere intendit, & ideo ſi poſtea aliquas res inuenerit, eas addere debet. ita Bald. in l.fi.§.cũ igitur, co.3.ĩ fi.C.de iure delib.arg.l.fi.§.ta

2 li.C.de cura. furio. ſubdens † ſufficere etiam ſi tempus complendi inuentarium decurſum eſſet, quia talis additio trahitur retro ad tempus prædictæ proteſtationis. arg.l.aſſe.ff.de hæred.inſtit. inquiens quoque ꝙ eſto ꝙ huiuſmodi proteſtatio facta non eſſet, adhuc tamen addendæ eſſent ut per hoc oſtendat hęres ſe malum animum non habere celandi, res ipſas, & ſic non patiatur pœnam dupli. de qua in dicta.l. §.illo. Vital.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuẽt. confec.pend.col.14.in fi. Ange.in l.1.§.hæc ſtipulatio, colu. penul. in uerbo adiiciuntur etiam in dicta proteſtatione.ff.ſi pluſquam per l.falc. ubi etiã Imo. col.fi.& inquit Pau. de Caſtro in dicto.§.cùm igitur, ꝙ ita de facto ſeruatur, quem ſequitur Dec.in conſ. 633.nu.11. Iaſ.in dicta.l.fi.in princ.col.2.verſic. & ſi

3 perfecto inuentario.C.de iure delib. Nam † huiuſmodi proteſtatio multum releuat, ſecundum Ang. ubi

ſuprà, hæredem ad ſuorum iurium conſeruationem, niſi probetur dolus aut machinatio eorum.l. ſi debitor.§.1.ff.quib.mo pig.uel hyp.ſol.& maximè, ſi uerba hæredis ſunt dubitatiua, quia dicit q͂ credebat ſe inueniſſe Grat.in reſponſo 25.nu.2.10.& 18.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas inuentarii non requiritur in ipſius additione.*

2 *Additio inuẽtarii fieri poteſt manu eiuſdem notarii, qui illud confecit, uel alterius coram duobus teſtibus tantùm nullo vocato.*

1 AN in tali additione † ſit neceſſaria tota ſolemnitas inuentarii? dic q͂ non, cum ipſa additio ſit pars primi inuentarii. Ita Bald.in l.fi. cum igitur, col.4.in princ. C.de iure delib. poſt Nicol. de Matha.arg.l.hæredes palàm.§.ſed ſi notam.ff. de teſta.quem ſequitur Vital.in tract.clauſ.in rub. Nil nouari inuent.confec. pend. col.15.in princ. in uerſicu. nec puto Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio, in 6. colum.in princ. ff.ſi pluſquam per l.falc.ubi inquit huiuſmodi
2 † additione fieri poſſe manu eiuſdem notari, uel alterius coram duobus teſtibus tantum nullo uocato, quia talis additio nemini poteſt damnum afferre, ſed commodum tantum, ideo nimirum ſi alterius præſentia non requiritur. Nec obſtat.§.ſancimus de hæred.& fal.& l.fi.§.ſin autem dubius. C.de iure delib. quia dicta iura locum habent cum inuentarium conficitur, non quando conſummato aliquid additur, & cum Ang.ibi pertranſit Imol. col.4.in princ.uerſicu. Item diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuentarii in totum non perdit, qui non ſeruat proteſtationem de qua ſuprà, ſed tantum illud amittit circa rem non poſitam in inuentario.*

2 *Factum quod eſt legitime, ex ſuperuenienti caſu nõ uitiatur.*

1 SEd quid† ſi non ſeruat proteſtationem, quia non ponit in inuentario quæ poſtea deuenerunt ad notitiam, an perdat beneficii inuentarium? Concludc cum Bald. in auth. ſed cum teſtator, col. fin. C. ad l. fal. ꝙ non perdit beneficium niſi circa illam rẽ,
2 quia† quod legitimè factum eſt ex ſuperuenienti caſu non uitiatur. argu. l. quod ergo, in princ. ff de his qui not. in fam. Iterum in l. fi. §. cum igitur, col. 4. in 1. verſi. nunquid ergo. C. de iure delib. quia ſemel inuentarium tranſiuit in ſuum effectum ipſo iure. arg. l. filius qui. ff. de inter. actio. & quod not. in l. mulier, de iure dot. ſequitur. Vital. in trac. clauſ. in 15. colu. uerſi. & ſi non ſeruat.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium tutoris fieri debet cum decreto iudicis, quod ſecus eſt in inuentario hęredis.*

2 *Tutoris inuentarium fieri non poteſt ſine citatione abſentium, inuentarium uerò hęredis nequaquã.*

3 *Inuentarium tutoris debet fieri mox, ideſt, quam primum.*

4 *Verbum quamprimum, proprie ſumptum nullum recipit interuallum, ſecus impropriè.*

5 In-

5 *Inuentarium hęredis debet fieri infra tres menſes à die aditę hęreditatis.*

6 *Tutoris inuentarium fit ſub nomine proprio, repertorium uerò hęredis ſub nomine alieno.*

7 *Probatio in contrarium admittitur contra inuentarium hęredis, quòd ſecus eſt in inuent. tutoris.*

8 *Tutori poteſt remitti confectio inuentarii per teſtatorem, quod ſecus eſt in inuentario hęredis quia illud remitti non poteſt in pręiudicium creditorũ.*

POſtquam uiſum eſt ſuprà, ꝙ hæres & tutor debent facere inuentarium, reſtat uidendum quæ ſit differentia inter inuentarium tutoris & hære dis. Dic quòd talia inuentaria differunt in cauſa, forma & in finali effectu ita Bal. in l. fi. §. cùm igitur, colu. 6. uerſi. ex qua patet, C. de iure delib. quem ſequitur Vital. in trac. clauſ. in uerbo. Nil nouari inuent.
1 confec. pend. col. 19. in fi. quod patet primò † quia inuentarium tutoris debet fieri cum decreto iudicis. Bal. in l. 1. col. pen. in princ. uerſi. quæro an poſsit. C. qui bon. ced. poſ. per l. ueteris C. arbit. tutel. in l. cum tutor, col. 2. in princ. C. in quib. cau. in integr. reſt. eſt neceſ. in l. fi. C. de magiſtra. cõue. ubi inquit poſt glo. quam ibi dicit ordinariam quòd poteſt inuentarium debet adiici iudicis decretum, & ideo cum eſſet factum quoddam inuentarium, & notarius in fine non appoſuiſſet uerbum de interpoſitione decreti, dictum fuit ꝙ inuentariũ non ualebat ſubdens ſe credere ꝙ etiam ſi in princ. fuiſſet oppoſitum, idem operaretur ac ſi in fine, & in authen. ſed cum teſtator. col. pen. ad l. falc. ſecus inuentarium hęredis, ut per Bald. in dicta auth. ſed cum teſtator, per glo. ſing. in l. penult. §. cùm autem. C. ad Trebel. in l. fin. §. cùm

igitur,col.4.in princ.C,de iure delib. & ut latius ſuprà dictum fuit.

2 Item † inuentarium tutoris fieri poteſt ſine citatione abſentium, niſi quando ex inuentario quis uellet eos conuenire.Bal.in dicta.l.fi.§.cùm igitur, col. 5.uerſi. in inuentario tutoris. Et ratio eſt ſecundum eum,quia eis non præiudicat in aliquo. l. chirographus.ff.de admi. tuto. nec non & ſine citatione creditorum.glo.Bar.Bal.& Sali.in l.tutores.C. de adm. tuto.in 7. q. & 14. Vital. in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confect.pend.col.31. verſi.ſed ad oppoſitum & col.ſequenti uerſ.undecimò quæro,quod ſecus eſt in inuentario hæredis de cuius ſubſtantia requiritur citatio abſentium & creditorum.l.fi.C.de iure delib.ubi Bal.in §.cum igitur,col.5.uerſi.ex prædictis, quia eorum intereſt confectioni intereſſe ne aliquid in eorum præiudicium occultetur, cum in eorum præiudicium fiat.arg.l.fi.C.arb.tut.& in §.ad hoc in authen.ſpons.larg. Vital. ubi ſuprà in q.11.in materia tutoris.

3 Plus † inuentarium tutoris debet fieri mox, ideſt quam primum poteſt.glo.in l.tutores.C.de adm. tuto.ubi Bart.& alii communiter,niſi ex iuſtiſsima cauſa.differat.Bar.in l.tutor qui repertorium, colu.1.ff. eo. tit.uerſ.quæro quando debeat, & hoc propter timorem ſubtractionis.Rui.in conſi.19.nu.11.vol.5.Vital.in tract.clauſ. in uerbo Nil nouari inuen.confec. pend.col.29.verſi.7.quæro. Luc. de Pen.in l.1.col.1.
4 C.de cano.frum.urb.Rom.lib.11,ubi inquit, † quòd illud uerbum quamprimum propriè ſumptum nullum recipit interuallũ l.2.§. frumentariæ.ff. de adm. rer.pert.ad ciuit.ſecus impropriè.l.ratum.ff.de ſolu.
5 quod aliàs eſt in inuent.hæredis, † quod confici debet infra tres menſes à die aditæ hæreditatis, glo.in

uerſi.

uerſi.delatam,iuncto tex.in l.fin.§.ſin autem dubius. C.de iure delib.ubi Bar.Odofr.Bal.Ang.& alii & ut latius ſuprà explanatum fuit.

6 Differt etiam in alio, † quia inuentarium tutoris fit ſub nomine proprio, alterum uerò hæredis ſub nomine alieno.Bal.in l.filium quem habentem. col. fi.C.fam.ercif.Vital.ubi ſuprà col.2.in fi.uerſic.Item non poteſt teſtator.

7 Adeſt & alia differentia † quia contra inuentarium hæredis admittitur probatio in contrarium di

† cta.l.fi.§.licentia,ubi ita†omnes uno ore concludũt, ſed contra inuentarium tutoris non l.fi.C.arb.tutel. Vital.in dicto uerſi.Nil nouari inuent. confec. pend. col.15.in fin.uerſi.& iſtud differt.

8 Additur & alia † quia tutori poteſt remitti confectio inuentarii per teſtatorem.l.fin. C.arbitr.tutel. Bal.in l.fi.§.cùm igitur,col.6.uerſi. Item non poteſt. C.de iure delib.glo.in l.tutores.C.de adminiſt.tuto. Bar.& communiter alii in l.nemo poteſt.ff. de lega. 1.Bar.in l.tutor qui repertoriũ,in princ.poſt mediũ de adm.tuto.Vaſq.in trac. de ſucceſ.crea. nu.67.ubi

† aſſerit hanc† communem. Gozad.in conſi.18.nu.14. Paris in conſi.21.nu.53.vol.2.quomodo autem poſſit remittere,& ſub quibus uerbis, & quando poſſit ſubuerti,uide Ioan.Dilectum in tract.de arte teſtan. tit.7.cau.3.per totum quod ſecus eſt in hærede.quia ei non poteſt remitti confectio in præiudicium creditorum.Bal.ubi ſuprà & docto. communiter in dicta.l.nemo poteſt,& ut infra dicetur.

Similiter uidemus ꝙ in inuentario tutoris inſerũtur tenores inſtrumentorum l. chirographis.ff.de admi.tuto.l.tutores.in uerſ.Inſtrumentorũ.C.de admi. tuto.Bar.in l.tutor qui repertoriũ,in princ. col.2.ff. eo.tit.Bal.in l.ſi quis poſt hac.C. de bon. præſcript.

Sal.in dicta.l.tutores.in 7.q.ubi bene declarat.Vital. ubi ſuprà in 9.q.& Iaſ.in conſi.219.col.2. ſecus in inuentario hæredis ubi non inſeruntur tenores inſtrumentorum, ſed ſolum deſignantur. Vital. ubi ſuprà uerſi.Item differunt.

QVARTA PARS.

Quæ utilitates tribuantur hæredi legitimè conficienti Inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario nõ tenetur ultra vires hæreditarias creditoribus, legatariis, vel fideicommiſſariis.*

2 *Hæres adita hæreditate, confectoque inuentario nullum penitus damnum conſequi debet, perinde ac ſi non adiuiſſet.*

3 *Hæres conficiens inuentarium liberatur ab omnibus uexationibus.*

1 PRIMA enim eſt utilitas† quia creditoribus, legatariis uel fideicommiſſariis, non tenetur hæres confecto inuentario ultra uires hæreditarias. leg.fi.§. etſi præfatam,ubi omnes.C.de iure delib.licèt olim ſecus eſſet quòad creditores.l.ſi te bonis.C.de iure delib.l.quæ dotis.ff. ſolut.matr.& in l. quia poterat,ad trebel. Aret.in conſi.148.col.3.uerſ. 2.hoc demonſtratur. Nã beneficium inuentarii reddit ipſum tutum & ſecurũ ab omnibus dãnis, quæ potuiſſet incurrerre ex addit.ſimpliciter facta,ut eſt

2 lex aperta in dicta.l.fi.§.& ſi præfatam,ubi†homines cum beneficio inuentarii adeuntes iſtud faciunt ſine periculo,ita quod nihil penitus debent amittere ex ſua ſubſtantia,nam ponderandum eſt 1.illa dictio nihil, quæ eſt vniuerſalis negatiua. l. ſi is qui ducenta. §.utrum,in uerſi nihil.ff.de reb.dub.& alia dictio penitus, quæ idem importat, quod dictio omnino.l.6. C.de gladia.lib.11.Rui.in conſi.49.nu.9. vol.1.conſi. 41.nu.8.vol.3.& in conſi.117.nu.10.vol.eo.quæ iuncta cum negatiua nihil, idem importat quod nullo modo glo.in uerſi.omnimodo,in l.naue.ff. loca. Alber.de Roſa.in dict.ſuo in uerſic.penitus, ubi etiam dicit, illud uerbum importare idem quod ipſo iure. Alex.in conſi.13.nu.19.volu. 2. Item & totaliter, ut per Ruin. in conſil. 117.nu.10.vol.3. Grat. in conſi. 65.nu.23.uol.2.ubi ſignificat omni cauſa & indiſtincte,& quòd nullum etiam minimum damnum pati debeat,ultra dictum tex.in §. & ſi præfatam , uoluit etiam ibi tex.in §.licentiam, ibi, damnum aliquod. quæ dictio habens negatiuam præcedentem operatur,ut non poſſit damnū partiri & diuidi, & ideo debet eſſe illæſus a quocunque damno minimo,ut per Alber. ubi ſuprà,& in uerſ.aliquod,& per tex.iuncta glo.in uerſi.aut earum parte in clem.1.de foro compet. ubi dictio aliquod , compræhendit etiam minimum Dec.in l.cum quid in princ.ff.ſi cert.peta.Craue.in conſi.294.nu.4.& in tract.de antiq.temp. part. 4.§.1.nu.154.Alcia.in conſ.294.nu.4.Natta in conſ. 525.nu.6.Paris in conſi.33.col.penul vol.3.Ruin.in conſi.60.nu.11.vol.3.Grat.in conſil.9.nu.68. in 1.reſponſo & 112. nu.20.Bald. in l.quæ dotis,in fin.ff.ſolut.matr. Ang.à Gambel.in tract.de teſta.gloſſ.112. col.2.uerſic. quæro quas utilitates.Soc.Iun.in conſi. 134.num.3.volu.1.in conſi.42. num.3.volum.3.& in

conſi.

conſi.108.nu.42.vol.2.Caſſan.in conſi.23.nu.28. Bero.in conſi.129.nu.5.vol.2. ubi ait, ꝙ hæres adita hæreditate confectoque inuentario nullum penitus damnum conſequi debet perinde ac ſi non adiuiſſet neque hæres fuiſſet.Prac.Pap.in for.lib.quo.pet.hæred.ex teſta.in uerbo purè,col.fi.Port.in conſi.6.nu.15.& 40.nu.51.Porcel.in tract. de inuent. cap.4. in princ.Alcia.in conſi.32.Crot.in conſi.107. nume.7. Vaſ.in tract.de ſucceſ.crea.§. 1.nu.26.& in §.6.num.45.Duen.in reg.277.nu.7.Paris.in conſi.69.nu.160. vol.3.& in conſi.63.col.fin.vol.1.Ang. in conſi.31.in princ. ubi tradit, ꝙ non tenetur niſi quatenus uires
3 hæreditariæ patiuntur, adeò & in tantum † ꝙ nec in perſonam nec in aliquibus bonis ſuis poteſt uexari; quoniam uexantibus ſemper dicere poteſt ut eat ſuper bonis hæreditariis, adeò quòd nec bona hæreditaria uendere cogitur, & de pretio ſatisfacere, ubi potuiſſet ex uenditione damnum pati Bald.in d.l.fi. §.& ſi præfatam,col.fi.uerſ.ſed an cum hæres. Iaſ.ibi col.1.ubi poſt Bal.ibi per eum citatum dicit ꝙ inuẽtarium nedum excuſat hæredem ab obligationibus inuentarii, ſed etiam a uexationibus facti.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui petiit tempus ad deliberandum ſi poſtea conficit inuentarium, licèt detrahat falcidiam, creditoribus tamen tenetur inſolidum.*

1 SEd quid dicimus † de herede, qui petiit tempus ad deliberandum, an priuetur commodo inuentarii; Reſponde ꝙ in effectu ſic, ex quo negligit auxilium l.fi.§.& hæc quidem,& §.ſin autem hoc aliquis.C.de iure delib.quod ſane uerum arbitrandum

eſt,

eſt, quantum ad hoc ut ſolidum creditoribus teneatur,& ſi inuētarium confecerit;ſed quòad detractionem falcidiæ illam detrahit,aliàs ſecus ſi inuentariū non fecerit.Si uerò à princ. fecerit inuentarium nullo petito termino ad deliberandum, tūc gaudet per omnia beneficio dictæ. l.fi. Ita doct.in iuribus ſuprà citatis,quod & uoluit Franc. Marc. in deciſ.28.in 1. par.deciſ.Delph.& in deci.483.in 2. par.Ratio enim diuerſitatis eſt ſecundum docto. ubi ſuprà,quia primo cauſa quando hæres petit tempus ad deliberandum, lex ſuſpicatur ꝙ illud petitum fuerit,non ut deliberaret,ſed ut expilaret & ſubtraheret res hæreditarias ; ideo licèt inuentarium fecerit tenetur in ſolidum creditoribus eum contemnat dictæ l. fi.beneficium , ſecus quando adit hæreditatem ſimpliciter cum inuent. non petendo terminum ad deliberādum ; quia tunc omnino gaudet beneficio dictæ l.fi. Si autem petiit tempus ad deliberandum, & poſtea adiuit ſine beneficio inuentarii inſolidum , imo etiā perdit falcidiam,ut per Bar. & communiter alios in dicto.§.ſin autem hoc aliquis,& Franc. Marc. in deciſ.ſupra citatis.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium prodeſt etiam in legatis ad pias cauſas.*

2 *Inuentarium non conficiens non tenetur creditoribus uel legatariis in foro conſcientiæ.*

3 *Hæres ſine beneficio inuentarii de iure antiquo non tenebatur ad legata vltra vires hæreditarias.*

4 *Inuentarium non erat cognitum de iure antiquo.*

In-

1 INuentarii † confectio prodeſt etiam in legatis ad pias cauſas, ut hæres non teneatur ultra uires hæreditarias, quoniam. l. fi. §. etſi præfatam. C. de iure delib. generalis eſt, & generaliter loquitur, ergo &c. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. nam aliud eſt hæredem nō ſentire lucrum de talibus legatis, ut in authen. ſimiliter. C. ad l. falc. ꝙ ideo permittitur, quia ſufficere debet meritum apud Deum §. ſi uerò, in auth. de hæred. & falc. Aliud eſt quod non ſentiat dānum, & teneatur ſoluere de ſuo, ſi bona nō ſufficiūt, quod minimè admittēdum eſt propter talia legata. arg. not. in l. Papinianus. §. 2. in glo. 1. ff. de inoff. teſta.

2 Nam etiam † ille qui non confecit inuentarium non tenetur in foro conſcientiæ creditoribus uel legatariis ultra uires hęreditarias, quia lex diuina non aſſumit hæreditatem eo modo, quo lex humana, ut not. in rub. ff. de acquir. hæred. & ut infra dicetur, ſed omnis fauor, quem lex humana dat talibus legatis procedit reſpectu & contemplatione legis diuinę, igitur fortius ille qui confecit inuentarium teneri non debet ultra uires hæreditarias pro talibus legatis. Præ

3 terea † etiam de iure ueteri non tenebantur hæredes ad legata ultra uires hæreditarias, poſito quòd inuē

4 tarium non confeciſſet; † quia iure illo inuentum nō erat nec etiam iure. C. & Iuſtiniani patiebatur aliud damnum non conficiens, niſi quia perdebat falcidiā. dicta l. fin. §. ſi uero poſtquam. ſed hodie per. §. ſi uerò, in auth. de hæred. & falc. ſtatutum eſt, ꝙ teneatur, inſolidum ad legata in pœnam contemnentis legis conſilium. ſed ille qui facit inuentarium, non cōtempſit pœnam, ergo nec pœnam pati debet arg. l. ſancimus. C. de pœn. ita Caſtren. in conſi. 211. in princ. ſecundum antiquam impreſsionem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium non ſolùm excuſat hæredem ab obligationibus hæreditariis defuncti, ſed etiam à mixtis tam hæredis quàm defuncti.*

1 INuentarii† beneficium operatur non ſolum contra creditores defuncti, ſed etiam contra eos quí coniunctim dici poſſunt creditores tam hæredis quàm defuncti.glo.eſt ſing.in l.quæ dotis.ff.ſolut.matr.ubi Bal.in fi.quod dictum eſt ſingulare,ſecundum Imol.ibi ubi etiam Paul. de Caſtro Roma. & Alex. col.8.uerſ.in princ.in gl.in uerbo cæterorum.Roma. in rub.de acquir.hæred.dicens ꝙ hæres gaudet beneficio inuentarii nedum quòad obligationes merè hæreditarias, ſed etiam quòad mixtas reſultantes ex propria prouiſione ipſius hæredis iuncta aditione hæreditatis.Petr.de Anchar. in c. Raynaldus.de teſta. Alex.in dicto §.etſi præfatam, in fi.ubi etiam Iaſ.colu.1.in uerſi.adde ſeptimam utilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conficere inuentarium conſequitur beneficiũ falcidię aduerſus legatarios & fideicommiſſarios. quod amplia procedere etiàm in teſtamento militis ut nu.3.*

2 *Limita tamen concluſionem ipſam non procedere, quando legata eſſent facta ad pias cauſas.*

1 TErtia eſt utilitas† quòd hæres confecto inuentario poteſt detrahere falcidiã de legatis, & fidei cõmiſsis.l.fi.§.etſi præfatam.C. de iure deliber. glo.in §.hinc nobis, in uerbo falcidiæ in authen. de

hæred.

hæred.& falcid.& in §.illo,in fi.ubi etiam glo.in uerbo præſidium,eo.tit.Alex.in l.in ratione. §. diligenter,col.fi.ff.de ad l.falc. Iacob.Aeonilia. in conſi. 12. in princi. quæ falcidia reſecat legata ultra debitum modum facta.l.1.ff.ad l.falcid.Vital.in tract.clauſ.in uer.Nil nouari inuent.confec.pend.col.10.in fi.Soc. Iun. in conſi.134.col.1. vol. 1. Capra in concluſione
2 110.in princ.ubi nu.4.limitat† hanc ſententiam ſecũ
† dum †communem, locum non habbere quando legatum fuiſſet factum ad pias cauſas, uel in redemptionem captiuorum.

3 Quod†amplia procedere etiam in teſtamento militis, quia licèt de iure antiquo & C. in teſtamento militis locum non haberet falcidia.l.in teſtamento. la 2.C.de milit.teſta.l.in teſtamento.C. ad l.fal.Pau. de Caſtro in l.precibus,col.pen.C.de impub. & aliis ſubſt.Alex.in l.1.§.in filii ad Treb.tamen hodie falcidia locum habet confecto inuent.aliàs non, ut in §. fi.in auth.de hæred.& falc.Sal.in dicta l.in teſtamento.C.ad l.fal.quia hodie quantum ad hoc miles redigitur iure communi, ut hæres faciens inuentarium detrahat falcidiam, aliàs non: ſubdens hanc eſſe
† †communem.Beringa.in l.in quartam, nu.215.ad l. fal.ubi iura ſupradicta correcta dicuntur per §.pen. in glo.in uerſ.militari in auch. de hæred.& fal. Idem dixit Imo.in dicta.l.1.§. hoc autem col.2.ad Trebel. ubi ſi hæres facit inuentarium, poteſt detrahere falcidiam ex cuiuſcunque teſtamento, non attento priuilegio perſonæ ut per glo.ubi ſuprà Iaſ.in l.in teſtamẽto,il 2.C.de teſta.mili.ubi inq̃t in fi.in uer.ſed circa hoc quòd hodie per iura auth. ſunt correcta iura de quibus ſuprà ut ibi per eum. quamuis contrariũ tenuerit Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.2.per glo.in uer.militari in §.quia verò,in auth.de hæred.& falc.

ubi

ubi expreſsè gl.inquit ꝙ ſi miles inſtituit hæredem, poterit detrahere falcidiam ſi fecerit inuentarium. unde corrigitur.l.in teſtamento.C. de teſta. milit. & in l.in teſtamento C.ad l.falc. Idem ibi tenet Iacob. de Beluiſ. & Ang.Bar.in l.1.§. in filij.ff.ad Treb.ubi dicit idem tenuiſſe Dy. & Franc. Accur.Ang.a Gambel.in trac.de teſta.glo.80.nu.11.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui in confectione inuentarii purgauit morã, falcidiam detrahere non poteſt.*

1 QVid dicendum † de hærede qui purgauit morã in confectione inuentarij, an falcidiam detrahere poſſit? text.eſt ꝙ non, in l.1.§. Item ſi ita. ff.ad l.fal.ibi, neque in falcidiam imputari.ubi per illum inquit Ang. notandum eſſe ſingulariter,ꝙ licèt quandoque admittatur purgatio moræ ut euitetur commiſsio pœnæ tamen illa purgatio nunquam operatur effectum detractionis falcidiæ, quæ antea detrahi poterat.Idem ibi notat Alex. & in terminis noſtris ita decidit Bertach.in repert.ſuo in uerſ.hæres inuentarium. nu.18.& uerſi.37.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conficiens inuentarium ſi ſoluit ſcienter legatum integrum alicui abſque detractione falcidiæ hodie ſibi præiudicat in cæteris legatis, quod ſecus erat de iure digeſtorum, & c.*

2 *Limitatur tamen hæc ſententia non procedere, quando hæres non eo animo fuit, & id modo aliquo probari poſſit.*

3 *Item & quando non nouerat ſubſtantię ſeu hæreditatis menſuram.*

4 *Hæredi conficiendi inuentarium, & qui ſoluit legatum integraliter per errorem, datur repetitio ratione falcidiæ detrahendæ.*

5 *Error in dubio præſumitur.*

6 *Legata plura ſi uni debeantur, & illi hæres cum beneficio unum integrè ſoluerit, poterit hęres dum alia ſoluet, falcidiam retinere reſpectu dicti primi integrè ſoluti.*

1 STante igitur præmiſſa utilitate, de qua ſuprà dubitatio exoriri uidetur, an† ſi hæres legatum integrum alicui ſoluerit, ſibi præiudicauerit nedum contra illum cui ſoluit, ſed etiam contra alios legatarios? Et omittendo ea quæ faciunt ad pompam, ſed concluſiuè loquendo, dico ꝙ etſi de iure digeſtorum & C. ſi hæres ſcienter ſolu iſſet integrum legatum ſine detractione falcidiæ, quòad alios legatarios ſibi non pręiudicaſſet, ut in l. quod de bonis. §. 2. ff. ad l. falcid. & in l. in imponenda. C. eo. titu. ubi utrobique per ſcribentes, tamen quod hodie & ſic de iure authenticorum ſecus eſt, quia ſi hæres ſcienter ſoluit legatum integrum, ſibi præiudicat in cæteris legatis auth. ſed cùm teſtator C. ad l. fal. & in corpore unde ſumitur, quia lex ipſa noua præſumit ꝙ quemadmodum ipſe noluit falcidiam detrahere ex illo legato, ita etiam noluerit detrahere ex aliis, ſed creditur quod uoluerit pie uoluntatem teſtatoris adimplere, ut per Cy. ibi in 5. q. circa finem & Soci. Iun. in conſi. 19. col. 2. volu. 3. Quæ tamen ſententia
2 † limitatur locum non habere, quando non eo animo fuit hæres, & id aliquo modo probari poſsit, ut per glo.

glo.in dicta authen.ſed cum teſtator,in uerbo emer-
† gat. quam ibi ſequuntur † communiter ſcribentes.
3 Item & ſecundò † quando non nouerit hæres ſub ſtantiæ ſeu hæreditatis menſuram, quia ſibi non præ iudicat ſoluendo aliquod legatum integrum; quoniam, cum ſoluerit credens ſibi ſupereſſe falcidiam, iniquum eſſet ꝙ ſibi in aliquo præiudicaret, ut ibi communiter per ſcriben.& Soci.Iuni.ubi ſupra col.
4 2.Et iſtud adeò uerum eſt, † quòd etiam reſpectu legati integraliter ſoluti per errorem datur repetitio ratione falcidiæ detrahendæ. l. error.C. ad l. falcid. quæ lex in aliquo non mutatur. Rolandin. in tract.
5 teſta. in rubr. 28.nu.19.† qui in dubio præſumitur ſe
† cundum doctrinam Bar. †communiter approbatam in dicta auth.ſed cum teſtator, teſte Soci. Iunio. ubi ſuprà nu 12.
6 Item dicitur quòd etiam † ſi uni plura legata debeantur,& unum illi integrè ſit ſolutum poterit hæres dum alia poſteà ſoluet, retinere falcidiam reſpectu primi legati integri ſoluti.text.eſt in l.ſi ex pluribus,ubi Bartol. & alii.ff.ad l. falcid. Paul.de Caſtro in dicta authent.ſed cum teſtator,in fin.& Soci.Iun. ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſi in inuentario aliquas res poſuit. & alias doloſè omiſit, falcidiam in totum perdit.*

2 *Hæres ſi doloſè omittit ponere aliquas res in inuentario, illud non uitiatur in totum. ſed tenebitur in duplum legatariis & creditoribus.*

3 *Hæres ſi bona fide omiſit res aliquas ponere in inuentario excuſatur.*

4 *Pœnam non meretur, quod ſit bona fide.*

5 *Hęres data etiam culpa leuiſſima, excuſatur, ſi in inuentario omiſit rem aliquam deſcribere.*

6 *Cautela eſt ut hęres in conſummatione inuentarii, proteſtetur quòd plures res & plura iura non inuenit, & ſi contigat reperiri, in eo addet.*

7 *Proteſtatio repellit exceptionem doli.*

QVid ſi hæres poſuit in inuentario aliquas res, ſed non omnes, an illud uitietur in totū? Quæſtio iſta redditur dubia propter uarias ſcribentium ſententias: nam primò Bart. in l. Paulus. ff. ad l. fal. uult ꝙ ſi cælauit aliquam rem perdit beneficium inuentarii in omnibus, & ideo dixit quòd cum eſſet quæſtio Tuderti ubi quidam fecerat inuentarium, & dicebat ſe hæredem cum beneficio inuentarii; quidam dixit ꝙ non poſuit quaſdam res in inuentario, & ipſe reſpondit quòd non erant tempore mortis, fuit probatum quod extabant tempore mortis; ipſe conſuluit quòd poſtquam ipſe celauit & ſic ſubtraxerat quòd perdit beneficium inuentarii in omnibus, ut in §. ſi uerò non fecerit, in fin. in auth. de hæred. & falcid. Idem tenuit Bald. in l. fi. §. cùm igitur, col. 4. uerſ. quæro requiritur, C. de iure delib. arg. dictæ. l. §. ſi uerò poſtquam in fi. & ex his quæ not. in §. ſi uerò non fecerit, in auth. de hæred. & fal. rurſus in auth. ſed cum teſtator, col. 3. in fi. uerſic. quæro ſi hæres, & in conſi. 219. circa fi. vol. 1. Abb. in conſi. 73. colum. 4. uerſ. tamen vol. 2. Port. Imol. in conſil. 50. nu. 7. Grat. in reſpōſo 25. col. 2. uol. 2. Vital. in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. pend. col. 10. Alii 1 †uerò tenent ꝙ perdat totam falcidiam, ut per Bar. in dicta. l. fin. §. licentiam, ubi dicit quòd de iure digeſtorum contra amouentem ſtatuebatur pœna falcidiæ

cidiæ tantum perdédæ, ut in l.beneficio,& in l. Paulus.ff.ad l.fal. etſi erat ſuus hæres perdebat ius abſtinendi.l.ſi ſeruum §.admonuiſſe.ff.de acquir.hær. De
2 iure ſuero Codicis duplum refundebat. De iure uerò authenticorum per ſubtractionem unius rei perdit falcidiam in totum, ut in §.ſancimus,ubi gloſſ.& Iacob.de Beluis. in authen.de hæred.& falcid. licèt Cyn.in dicta.authen. ſed cum teſtator C.ad l.falc.uideatur repræhendere illam gloſſ. Idem Barto.in l.in ratione,la 1.§.quod vulgo,col.3.ad l.falc.in uerſi.& ideo dico,& in l.beneficio,eo. tit. & in §.hinc nobis, col.2.in auth.de hæred.& falc. Fulgoſ.in conſi.24.in princ.& in l.reſcriptum.ff.de his quib.ut indign.Sal. in dicta.l.fi.§.illo col.1.Ang.à Gambel.in trac. de teſta.glo.112.col.fi. dicẽs ita ſeruari in practica.Roma. in conſi.276.col.fi.Io. de Plat.in l.ſi uacantia, col.fi.
† C.de bon.uacan. lib.10.& hanc eſſet magis communem inquit Alex.in dicto.§.licentia, col.fi.Ang.uerò in dict.l.Paulus,videtur concordare has opiniones, dicens ꝙ ſi quærimus quòad beneficium detractionis falcidiæ,procedit glo.in dicto.§. ſancimus, quia non debet hæres illo beneficio inuentarii gaudere, ex quo illo eſt abuſus,ut not.gl.in dicto §.ſancimus. Aut quærimus quòad hoc,ut non teneatur ultra vires hæreditarias, & iſto caſu non tenetur; quia per hoc non tribuitur beneficium ſed redditur ad ius antiquum l.1.§.ſi hæres,ad Treb.& ſubdit Ang.hæc notanda,quia pluries habuit de facto,& ſimiliter tu habebis,quod eſt de pane acquirendo.Imol.uerò dicit quòd & ſi totum lucrum perdatur, ut in dicto.§. ſancimus,tamen quod de ſuo non tenebitur non ſolum legatariis,ut uoluit Ang.nec etiam creditoribus,niſi ad duplũ rei ſubtractę,ut in l.fi.§.illo. C.de iure delib.q in hoc non eſt correctus per dictũ.§. ſancimus.

Quid dicendum in tanta perplexitate doctorum? Reſponde, tenendam eſſe opinionem Imol. quam ſequitur Ang. in §. extraneis, col. 2. uerſi. quid autem ſi hæres, inſtit. de hæred. qual. & differ. quod inquit notandum; quia credit illud uerum. quam partem etiã amplectuntur. Odofr. Raph. Fulgo. & Alber. in dicta. l. fi. §. licentiam. Caſtren. ibi in §. cùm igitur, colum. 2. uerſi. ſed pone, ubi tradit quòd habuit hunc caſum de facto, & dixit per. §. in illo, dictæ legis, ubi ponitur hæres cœdens rem hæreditariam circa eandem rem ut teneatur in duplum, non tamen pro hoc irritatur beneficium inuentarii uel eius beneficium uel effectus. cum qua opinio etiam pertranſit Sali. ibi in dicto. §. illo. dicens ꝙ aliàs fuit magna quæſtio Bononiæ, quæ fuit ſibi commiſſa conſulenda, & quòd conſuluit, hæredem non teneri ultra uires hæreditarias, niſi in ſimplo huius dupli, & quod Aduocati utriuſque partis ita fuerunt confeſſi inter quos, erant plures ualentes. Io. de Plat. ubi ſupra, quam partem etiã ſequuntur Cy. Alex. & Iaſ. in §. licentia, ubi Iaſ. aſſe- † rit hanc eſſe† communem licet; Bal. ibi teneat contrarium & malè. Alexan. in dicta. l. Paulus. Guliel. Benedic. in repet. cap. Raynutius, in uerſ. mortuo itaque teſtatore, il 1. num. 402. teſta. Roma. in conſi. 276. col. fi. Porcel. in tract. de inuent. c. 3. colum. 2. in princ. Ang. a Gambel. in trac. de teſtá. glo. 112. col. fi. Port. Imol. in conſ. 50. nu. 7. ubi aſſerit hanc eſſe receptiſſimam doctorum ſententiam. Vilalob. in ſuis cõmunibus opinionibus in uerbo hæres. nu. 8.

Non obſtat §. ſi uerò non fecerit, quia reſpondetur, ꝙ ibi tex. loquitur quando nullum fuit confectũ inuentarium, ſecus ſi fecit, & ſeruauit formam, licèt omiſerit unam rem, quia tunc habet locum d. §. illo. pro quo etiam facit tex. in dicta. l. fi. §. etſi præfatam,

ubi imperator uult ꝙ ſi non ſeruet illam diſpoſitionem factam ſuper confectione inuentarii, teneatur in ſolidum creditoribus; & tamen in dicto.§.illo,ſub dit ꝙ ſi omittat aliquam rem, tenetur ſolum in duplo illius rei.ita Imol.& Alex.in dicta.l. Paulus, & Ang.in dicto.§.extraneis, col.2. Sali.in dicto § illo. Alex.in dicta l.fi.§.licentia, in fi.Port.Imol. in conſi.
3 50.nu. 19. Quam tamen concluſionem † limita locũ non habere ſi hæres omiſſit bona fide res ponere in inuentario,ut quia ignorabat; quoniam tunc excu-
4 ſatur,†nam quod bona fide fit,pœnam non meretur. l.quamuis.ff.de cond. & demon.Bald.in l.fin.§.cum igitur,col.4.uerſi. quæro requiritur.C.de iure delib. l.ſi ſeruum.§.prætor.ff.de acquir.hæred.Paul. de Caſtro ibi col.2.uerſ.ſed pone.Dec.in conſi.633.col.penult. uerſicu.quartò in inuentario.Grat.in conſi.25. col.2.vol.2.Vital.ubi ſuprà.Imò plus uoluit Bald.in auth. ſed cum teſtator, col.2.in fi.C.ad l. falci.quòd ſi interuenit etiam culpa ꝙ ea non nocet niſi eate-
5 nus quatenus nec etiam putat† ꝙ noceat culpa leuiſſima,& multò minus iuſtus error.l.mulier.§.ſi hæres,
6 ad Trebel. Et ideo † cautela eſt ſecundum Paul. de Caſtro ubi ſuprà ꝙ in conſummatione inuentarii hæres proteſtetur ꝙ plures res & plura iura non inuenit, etſi contingat alias res uel iura reperiri, addet ſubdens ita de facto ſeruari, ſequitur Iaſ. ibi in princ. dictæ.l.colu.2.Bal.in d. §.cum igitur, col.4.in fin.uerſic.Item pone quòd hæres, ubi inquit, quòd ſi hæres bona fide fecit inuentarium, ſed poſt ſubſcriptionem aliquam rem inuenit, ſi in prima ſubſcriptione proteſtatus eſt, quòd ſi adhuc aliquid peruenerit ad eum de bonis hæreditatis iterum addere intendit in ipſo inuentario, ſi aliquas res poſteà inuenerit, eas iterum addere debet.

L 3 l.final.

l.fin.§.tali.C.de cura. furio. quia ſatis erit etiamſi eſſet tranſcurſum tempus complendi inuentarium; quia talis additio retro trahitur ad tempus prædictæ proteſtationis.argumento. l.aſſe.ff.de hæred.in-
7 ſtit.Nam utilis eſt huiuſmodi † proteſtatio ſecundũ Bald.in authen.ſed cum teſtator,col.fi.in princ.C.ad l.falc. quoniam repellit doli exceptionem.l. 1. cum ibi nota. C.uti poſſi.& in l.ſi quis in tantam. C.unde ui.Dec.in conſi 633.col.penul.uerſ.quartò in inuentario.Grat.in conſi.25.in princ.& in col.2.vol.2.Angel.in l. 1.§.hæc ſtipulatio,col. penul.verſi.ut tamen omnium.ff.ſi pluſquàm per l.falc.ubi dicit, ꝙ hodie inoleuit mos, ꝙ fiat huiuſmodi proteſtatio per hæredem & tutorem, quia illa multum reuelat ad ſuorũ iurium conſeruationem, niſi probetur dolus aut machinatio eorum.l.ſi debitor.§.1.ff.quib.mod. pigno. uel hypo.ſoluitur.per glo.in l.communi diuidundo. ff.comm.diuid. Angel. à Gambel. in trac.de teſta.in glo.112.in fi.Porcel.in tract.de inuent. cap.3. colu. 2.in princ. Paris in conſil.12.nume.28.volum.2. Vital. ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Hęres pendente confectione inuentarii non poteſt à creditoribus uel legatariis conueniri, nec in aliquo uexari.*

2 *Statuto ſi caueatur, quòd inſtrumenta publica mitti debeant executioni, pendente confectione inuentarii non poterint mitti contra hęredem.*

3 *Executio ſententię latę contra defunctum non poteſt fieri contra hæredem pendente dilatione confectionis inuentarii.*

4 *Rei uendicatione agi poteſt cõtra hæredem ad aliquã rem pendente confectione inuentarii, quando hæres conueniretur non ut hæres.*
5 *Quod declara locum nõ habere reſpectu legatorum.*
6 *Hæres pendente dicto termino conueniri poteſt pro reſtitutione uſurarum per defunctum extortarũ.*
7 *Item pro relictis pro anima.*

1 QVarta eſt utilitas † ꝙ durante tempore confectionis inuentarii non poteſt hæres uocari ad iudicium, nec in aliquo uexari a creditoribus uel legatariis.l.fin.§.donec ubi Sal. Alex. Iaſ.& alii. C.de iure delib. Ang. in l.1.§.hæc ſtipulatio, col.7. in princ.uerſicu.pendente autem dilatione.ff.ſi pluſquàm per l.fal.ubi etiam Imo.col.4.uerſic.3. diligenter.Ang.à Gambel.in tract.de teſta.in glo.112.nu.9. uerſi.durante Iaſ. in §. fuerat,nu.61.inſtitu.de actio. Dec.in conſi.633.col.2.uerſi.& iſta concluſio. Porc. in trac.de inuent.ca.4.nu.9.Beor. in dec.10.nu.9. & deciſ.53. in princ.Duen.in reg.267.in princ.Vital.in trac.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec.pend. col.11.in 1.uerſi.quintò.Guid.Pap.quæſt.571.& Capel.Toloſ.322.& ideo uidemus quòd exceptio inuẽtarii impedit litis conteſtationem, adeo ut hæres nõ teneatur reſpondere libello ſi excipit, ꝙ eſt infra tẽpus conficiendi inuentarium,ut per Bart. in dicto §. donec.ubi etiam Salic. Bald. & Paul. de Caſtro ubi inquit, hoc locum habere dum conficit inuentariũ, quia eo caſu etiam uſque ad uires hæreditatis non poteſt moleſtari hæres, ſed poſtquàm eſt confectum bene poteſt moleſtari uſque ad uires hæreditarias, & ſic non impediretur litis conteſtatio, ſed deberet poſtea opponi ad merita cauſæ. Idem uolunt ibi

Ang.Iaſ.& Corne.col. 2. Competit enim ſecundũ m Bald.ibi quem ſequitur Corne. col.2. dum inuentarium eſt in fieri duplex dilatoria ſcilicèt iudicii, & ſolutionis. ſed poſtquàm eſt factum, omnis dilatio expirat, ut patet ex aduerbio donec, & incipit competere exceptio peremptoria quatenus hæreditas eſt ſoluendo. Vital. ubi ſuprà col. 1. in fi. Porcel. in trac.de inuen.c.4.nu.9. quia iſta exceptio eſt dilatoria.l.penul.& fi.C.de excep.Capel.Toloſ.257.Guid. Pap.in deciſ.170.Boer.in deciſ.53.col.1. Bald.in §. etſi præfatam, col.2.uerſi.3. circa uexationẽ. & ideo

2 dicunt doct. in dicto.§. donec,† ꝙ ſi ſtatutũ extaret, ꝙ inſtrumenta publica poſsint peti exequutioni mãdari, interim non poteſt contra hæredem peti. &

3 Pau.de Caſtro ibi ꝙ† pendente dicto termino confectionis inuentarii non poteſt contra hæredem fieri executio ſententiæ latæ contra defunctum. Tiraq.in trac.de priuil.pie cau.priuil.24. Duen.in reg.277.in uerſi.primò fallit Viui.in ſuis comm.opin.in uer.ex-

† ceptio ubi fatetur hanc eſſe † communem.

Quæ ſententia patitur plures limitationes, qua-

4 rum prima eſt, quando † hæres conueniretur non ut hæres ſed tanquam quilibet poſſeſſor rei uendicatione ad aliquam rem repertam in hæreditate; quia tũc cogeretur reſpondere infra illud tempus.ita Odofr. Gul.de Cuneo Nico.de Matha. Bal.Sal.Ang.Alber. de Roſa.Paul.de Caſtro Alex.Raph.& Corne. in d. §.donec, qui dicit etiã ita tenere Benedi.de Plumb. arg.l.de eo.§.fi.ff.ad exhib. & l.neſennius.§. fundum ſecundum unam lecturam.ff. de re iud. Ang.& Imo. in dicto.§.hæc ſtipulatio. Porcel.in tract. de inuent.

† c.4.nu.9. & hanc eſſe † communem opinionem dici Viui.in loco præallegato. num.4.Caſſan.in conſuet. Burgund. rubr.8.§.13. quam tamen intellige ueram

eſſe

5 eſſe † niſi reſpectu legatorum; quia ſuper legatis interim eſt impoſitum ſilentium quacunque actione petantur, ſecundum Bal. in dicto. §. donec, in fi. Duē. in reg. 267. in ult. limitatione. Nec habet obſtare ꝙ Cyn. & Alber. de Roſa. ibi teneant contrarium per generalitatem ipſius. §. quia dicitur, ꝙ ille text. procedit reſpectu creditorum hæreditariorum, non autem eorum, qui non ſunt creditores, & conueniunt hęredem non ut hæredem, ſed ut ſimplicem poſſeſſorem. Similiter non obſtat quòd text. ipſe loquitur de hypothecaria quæ eſt actio in rem, & datur contra quemlibet poſsidentem. l. eos, qui potio. in pign. hab. l. ſi fundus, de pigno. & tamen agenti obſtat ſibi dilatio de qua in dicto. §. donec. quia reſpondetur, ꝙ licèt obſtet creditori hęreditario, ſecus tamen creditori non hæreditario habenti hypothecatam rem hæreditariam ſecundum Benedic. de Plomb. Corn. & alios ſuprà citatos; a quorum ſentētia etiam non recedit Vital. ubi ſuprà.

6 Secunda eſt, ut locum non habeat † in hærede cōuento ad reſtituendum uſuras per defunctum extortas, quia tunc poterit conueniri pendente dicto termino confectionis inuētarii; quoniā anima defuncti dū retardatur huiuſmodi reſtitutio, cruciatur in alio ſeculo, cui cruciatui non poſſet reparari per reſtitutionem, quæ poſtea fieret. ita Ricar. Malumb. Rayn. Cy. Alber. de Roſa. Bal. Ang. Sali. Fulgo. Paul. de Caſtro & Alex. in dicto. §. donec. Ang. in d. §. hæc ſtipulatio, ubi etiā Imol. col. 4. in fi. uerſi. Item ſecundò. inquiens pridie in practica uidiſſe hoc dictum allegari. Vital. in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari inuenta. conſ. pend. col. 8. Corne. in dicto. §. donec. ubi inquit hoc menti tenendum; quia ſupradicta ratio etiam militat in omnibus ad quæ defunctus ex conſcien-

tia tenebatur, ut quia purum debitum interpellatus non reddidit, iuxta notata per docto. in ca. fi. de præſcript. Porcel. in tract. de inuent. c. 4. num. 9. Duen. ubi ſuprà in 1. limit. Caſſane. in loco citato, & Vin. numer. 2. pro qua confirmatione facit quod uoluit Bal. in repet. l. 1. col. 18. verſic. ſuper 9. quæſt. C. de ſacro ſan. eccle. ubi inquit, quòd ſi relictum ad pias cauſas eſt tale, quod dilatio afferret periculum animæ teſtatoris, ut eſt quando eſſet pro reſtitutione vſurarum, uel non reciperet dilationé, tunc nulla requiritur aditio. quem ſequitur ibi Iaſ. col. penul. uerſic. ſecundò limita.

7 Tertia eſt ſecundum Bald. in dicto. §. donec † in relictis pro anima, quia non recipiunt moram reſtitutionis ſecundum Ricard. Malumb. Cy. & Alex. ibi Bald. in l. eam quam, col. 4. C. de fideicom. Porcel. ubi ſuprà, Ang. & Imol. in dicto. §. hæc ſtipulatio, col. 4. Roland. in tract. teſtamentorum, in rub. 28. nume. 19. ubi inquit, quòd relictum ad pias cauſas dicitur. omne id propter quod anima teſtatoris ſubleuatur, uel anima cuiuſcunque catholici, uel animatum corpus incarcerati etiam pro maleficio §. ſi unum de prædictis, ibi, dum dicitur, ipſorum quoque animæ ex hac cauſa pijſsime ſubleuentur, in authen. ut cum de appel. cognoſ. & in l. 1. ibi, quæ pijs actibus ſunt deputata. C. com. de l. Bald. in auth. ſimiliter. C. ad l. fal. plura etiam exempla ibi ponit dictus Roland. quæ non tranſcribo, cum uideri poſſint Tiraquel. ubi ſuprà Duen. in dicta reg. 267. nu. 4. & in reg. 397. num. 7. in fin. Vital. in tract. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec. pend. col. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæres pendente confectione inuentarii alios conuenire non poteſt, ſed contra nu. 3.*

2 *Dies aliquis ſi eſt feriatus quòad te ut non poſſis conueniri, ita etiam feriatus eſſe debet contra te ut alios conuenire non debeas.*

3 *Declaratio ad tit. quod quiſque iur.*

4 *Gratia conceſſa alicui à lege, non debet in eius odiũ retorqueri.*

5 *Aequalitas ſeruari debet in uno, & eodem iudicio unius, & eiuſdem cauſæ.*

QVia ſuprà concluſum fuit, ꝙ hæres pendente confectione inuentarii regulariter non poteſt
1 conueniri, † an ipſe alios conuenire poſsit? Bart in l.fi.C.de fruct.in lit.expen.col.fi. uidetur dicere ꝙ dicta lex eſt in argumentum ꝙ non tamen ſe remittit ad ea quæ ſcripſit in l.fi.C.de iure delib. ſecundo facit quod not.Bar.in l.die ſabbati. C. de Iu-
2 dæis.ubi per illum tex.dicit† quòd ſi aliquis dies eſt feriatus quòad te ut non poſsis cõueniri, debet etiã eſſe feriatus contra te,ut tu non debeas alios conuenire.Tu teneas contrarium,ſecundum Bart. in dicta
3 l.fina.§.donec, ubi dicit ꝙ † licèt uideatur facere in contrarium titulus quod quiſque iuris &c.tamen ueritas eſt ꝙ hæres poteſt alios conuenire nõ obſtante dicto titulo; quia ille locum habet quando alicui cõceditur priuilegium ad ſui poſtulationem. ſed priuilegium conceſſum hæredi per diſpoſitionem dicti.
4 §.non eſt huiuſmodi, quia†lex ſibi conceſsit per gratiam,ergo nõ debet in eius odiũ retorqueri.ita Pau.

de

de Caſtro ibi in fin. Item & quia hoc priuilegium non eſt iniquum,ſecundum Ang.ibi Ang.& Imol.in l.1.§.hæc ſtipulatio.ff.ad l.falcid. Ange.in l.fin.C. de ſruc.& lit.expen. Idē dixerunt Alex. & Corn.in d.§. donec. Vital. in tract. clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec.pend.col.2.in princ. Porcel. in trac. de inuent.c.4.nu.10.Boer.in deciſ.53.colum.2.in princ. Duen.in reg.267.nu.2. ubi declarat Vital. ubi ſuprà col.2. Alex.in l.3.in princ.col.2.ff. quod quiſque iur.
4 ubi etiā Iaſ. in prin.& hanc eſſe † communem doctorum ſententiam inquit Alexan.in conſi.62.col.fin.in princ.vol.7.

Non obſtat tex.in l.fi.C.de fruc.&c. quia ad illum reſpondet Alex.in dicto.§.donec,ꝙ in dicta.l. proba
5 tur † quòd in uno & eodem iudicio unius, & eiuſdē cauſæ debet ſeruari æqualitas at illud quod eſt conceſſum actori a lege intelligatur conceſſum reo, non negatur in dicto §.donec, ſed ſi quæritur, an in alia cauſa quàm in ea in qua hęres utitur priuilegio poſſit alius uti eodem priuilegio contra hæredem,iſtud bene negatur.

Similiter non' obſtat text. in c. die Sabbati quia reſpondetur, quòd illud eſt propter naturam feriarum, quia feriæ conceduntur tempori, & non perſonæ; ita Bald.in l.quod fauore,colum.2.uerſi.quæro C.de legib.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſi pendente dilatione inuentarii alios uoluntariè inquietat, poterit & ipſe reconueniri:ſecus ſi ex neceſſitate compellatur.*

Quid

2 QVid? ſi hæres inquietaret alios pendente dicta dilatione, an, & ipſe reconueniri poterit ut pulſatus ab eo? dic quòd ſic, ut per Ang.in d. §.hæc ſtipulatio,col.7.& Imol.col.5.in princ.Fulgo. in l.fi.§.ſi uerò poſtquàm C.de iure delib.ubi etiam Alex.in §.donec, circa fi.& Corn.col.1.in fi.Caſſane. in conſuet.Burgund.fo.1108.uerſi.5 .limita Vital. ubi ſuprà col.3.arg.l.2.§.ſi agant, de iud.ubi qui in aliquo loco non poteſt inuitus conueniri, ſi ipſe agat, conueniretur.& in l.ſeruum quoque, §.ait prætor, & §.fi.ff.de procur.Quòd tamen ſanè intellige quando hæres uoluntariè alios conueniret, ut per Alexan.ubi ſuprà poſt alios ibi per eum citatos, ſecus ſi compulſus neceſſitate alios conueniret; quia dilatio eſſet periculum allatura, ut quia debitores hæreditarii cum pecunia fugiunt, aut domus uicina minatur ruinam ſuper domos hæreditarias,unde petiit cautionem damni infecti, ut per Ang.ubi ſuprà. qui dicit quòd ita uidit pluries de facto practicari & iudicari.quem ſequitur ibi Imol.col.5.ac Vital. in loco de quo ſuprà col.3.& Corne.in dicto §. donec, col.1.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuentarii locum non habet in hęrede, qui ſimpliciter adit hęreditatem locupletem ſed contra nu.4.*

2 *Executio omnis nititur ęquitate.*

3 *Exceptionem alteri dari cum alterius iactura æquũ non eſt.*

4 *Inuentarii confectio hęredi non prodeſt niſi ante aditam hæreditatem proteſtetur uelle eam adire*

cum

cum beneficio inuentarii, ſed contra num. ſequen.

5 *Recedendum non eſt a uerbis legis.*

6 *Priuilegio in dubio quis renuntiare non videtur.*

7 *Pœna alicui non infligitur niſi in caſu a iure expreſſo.*

8 *Hęreditas adita ſpe certiſſima lucri, non indiget lucro.*

1 BEneficium † inuentarii an locum habeat in hærede, qui ſimpliciter adit hæreditatē locupletē, adeo ut ſi agatur cōtra eum per creditores poſſit excipi ꝙ eſt in tempore confectionis inuentarii?
2 Primò uidetur dicendum quòd non, quia † omnis exceptio nititur æquitate. l. q. æquitate. ff. de except.
3 doli. ſed † alteri dari exceptionem cum alterius iactura, æquum non eſt, ergo per doli replicationem exceptio doli eliditur, ita Ricar. Malumbr. ut refert Cy. in l. fi. in princ. C. de iure delib. quem ſequitur exponendo tex. dum dicit nullo indiget inuentario ſcilicet quod ſibi profit. Specu. in titu. de inſtru. edit. §. fi. uerſi. ad hoc autem, cum tribus ſequentibus, ubi inquit ꝙ ille qui ſpe certiſsima addit ſimpliciter, tenetur inſolidum creditoribus & nullum commodum habet ex confectione inuentarii niſi fortaſſe quòad falcidiam, per tex. in dicta. l. fi. in princ. iuncto. §. ſin autē aliquis. Angel. uerò in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi
4 pluſquam per l. falci. circa fin. tenet † quòd nunquam prodeſt hæredi confectio inuentarii niſi primò ante aditam hæreditatem hæres proteſtetur ꝙ intendit ipſam hæreditatem adire cum beneficio inuentarii, aliàs tanquam certus de uiribus hæreditatis uidetur hæreditatem agnouiſſe, adeo ꝙ confectio inuentarii poſtea facta ſibi non prodeſſet, allegat dicta. l. fi.

in §.cum igitur,in uerbo nullo indiget inuentario,& ſubdit ꝙ cautus eſſe debet Aduocatus agentis contra hæredem,qui obiicit de inueńtario confecto aut de conficiendo, dum aſſerit ſupereſſede tempore; ut replicet quod nec conficere poteſt nec iam confectum eum iuuat eo ꝙ ante ipſum inchoatum uelut certus de uiribus hæreditatis ipſam agnouit, uel eidem ſe immiſcuit & pro hærede ſe geſſit pure & ſimpliciter nulla facta proteſtatione ꝙ uellet conficere inuentarium,& ad hoc probandum articuletur ꝙ dictus hæres fecit tales, & tales actus inducentes in dubio aditionem & immixtionem de quibus in l. gerit.ff. de aqui.hæred.unde cum ex iſtis actibus intelligatur indubio ſe pro hærede egiſſe ſimpliciter, etiam ſi hæri iſtos feciſſet hodie non poſſet cõficere inuentarium,quod inquit menti tenendum,quia lucraberis multam pecuniam.

Contrarium uerò tenent Ricard.Cy.& Bald.in d. l.fi.§.cum igitur, in princ.quia etiam locuplete exiſtente hæreditate expedit habere beceficium inuentarii,quæ beneficia multa ſunt ut in dicta.l. in §.etſi præfatam, & in §.in computatione, & ideo ſubdit ꝙ etiam ꝙ ſit locupletiſſima hæreditas poteſt hæres beneficium inuentarii prætendere arg. l. quia poterat.ff.ad Treb.& cum Bal.tranſit Vital.in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent.confec.pend.colu.25.in princ.Idem ibi tenet in dicto.§.cum igitur, in princ. Paul.de Caſtro. quia licèt dicatur quòd quando eſt certus non indiget inuentario, non tamen ſibi tollit beneficium inuentarii ſi ſpontè uult cõficere & proderit ſibi; quia ſi hæreditas eſt locuplex ſicut ipſe putat, habebit beneficium interim quòd conueniatur,ut in dicta.l.§.donec, & etiam poſtquam confecit,ut ſi non reperiatur pecunia in hæreditate, & res

non

non reperiant emptores, poſſit dare eos in ſolutum in uitis creditoribus, ut non moleſtetur ad inueniendum pecuniam, & etiam alias de quibus in §. etſi præfatam, ſecundum Bal. Hoc quoque uoluit ibi Alex.in dicta l. in princ.in 2.col. Nec obſtat deciſio Ang.in dicto.§.hæc ſtipulatio, quia contra eam primò tenuit Sali.in dicta.l.fi.§.ſin autem dubius, col. 3.in princ.uerſ.Iuſta hoc quæro, quia licet proteſtatio ſit utilis, non tamen neceſſaria. Item quia non conſtat, quod ſpe certiſſima fecerit. Item quia etſi conſtet, non excluditur propterea quominus facere poſſit. Vltimò ibi loquitur quando re uera ita eſt ꝙ hæreditas eſt locuplex. Idem ſecundò loco tenuit Io.de Imol.in dicto.§.hæc ſtipulatio, ubi dicit contrarium fore uerius per text. in dicta.l.fi.§.1.ubi dicitur quod ſi eſt certus hæreditatem eſſe lucroſam, illam poteſt ad re ſine inuentario, ſi autem certus eſt illam eſſe damnoſam poteſt repudiare, nec eget inuentario, ſi autem eſt dubius quòd litera dicit ꝙ adeat omnino inchoet tamen inuentarium infra triginta dies, & ſic ponderanda eſt illa littera, quæ ſimpliciter dat poteſtatem adeundi in cauſa dubii, nec requirit aliquam proteſtationem, ſed ſolum arctat adeuntem ad inchoandum inuentarium infra triginta dies, ergo illud ſufficit ut poſſit gaudere beneficio
5 inuentarii ex quo uerba l.ſic ſe habent† à quibus nō
6 eſt recedendum.l.nòn aliter, de lega.3. eò quia † in dubio non uidetur illi priuilegio renuntiari.arg.l.3.
7 de milit.teſta.& quia† ex non confectione inuentarii quis incidit in pœnam, quę alicui non debet infligi niſi in caſu expreſſo à iure, & in dubio debemus illam potius excludere. c. in pœnis, de reg.iur.in 6. Tertio hanc etiam tenuit Pau. de Caſtro in dicto.§. cùm igitur, in prin.quia tex.in dicto.§.ſinautem du-

biu

bius,dat licentiã ꝙ adeat etiã nõ petito tempore ad
deliberandũ dũmodo poſtea inuentariũ cõficiat,ſub
dens ꝙ habuit hunc caſum de facto & ita conſuluit,
& uerũ dicit ut patet in conſ. ſuo 212.ſecundum an
tiquam impreſsionẽ. Quartò hanc opinionẽ ample
xus eſt Alex.in d.l.fi.in prin.col.2.in fi.ubi inquit opi
nionem contra Angel. eſſe veram, quam reperit te-
nuiſſe Io.And.in addit.ad Spe.in rubr. de teſta.poſt
Iacob. de Aret. & addit pro hoc facere quia potuit
eſſe ꝙ quando adiuit hæreditatem nõ erat bene cer
tus ꝙ ſubeſſet æs alienũ,& poſtea infra tempus con
ficiendi inuentarium ſuperuenit ſibi notitia alieni
æris;Vnde non debet excludi a facultate conficien-
di inuentarium dato quod nihil proteſtatus fuerit?
quia cum ſciret adhuc ſuper eſſe tempus ad inchoã
dum & conficiendum inuẽtariũ caſu quo eo uti uel
let, ſciebat ius ſuũ ſaluum ſibi eſſe, & ideo non fuit
neſciam proteſtatio.l.ſicut.§.nõ uidetur, quib.mod.
pign.uel hypo.ſol. ſubdens quoque ita uoluiſſe Bal.
in conſi.incip. In Chriſto nomine proponitur quòd
Ioannes,& Io.de Imo.in conſi.incip. Ioannes cõtra
Vulgarinũ & hanc partẽ ſimiliter amplectitur Por-
cel.in tract.de inuent.in prin.nu.2.atq; Corn. in di-
cta.l.fi.in princ.col.1.& 2.& Barba.in repet. c. Ray-
naldus,col.57. in fina. de teſta. ubi poſtquam multa
dixit contra Sal.& alios,tandem concludit non eſſe
neceſſariam huiuſmodi proteſtationem, ſed potius
ad cautelam, limitatur tamen huiuſmodi ſententiã
8 locum non haberel † quotienſcunque ſpe certiſsi-
ma lucri appareret hæredem adiuiſſe hæreditatem,
quia tunc approbat ſententiam Ricard.& Cyn.per
text.in d.l.fi.in princ.in uerbo indiget, qui ſic expo-
nendus eſt ſecundum eos. ſubdens id eſſe de mente
Bald.in conſi.ibi per eum citato.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt ſe iuuare dilatione temporis ad conficiendum inuentarium, quando euidenter conſtat hæreditatem fore locupletem.*

1 SI autem† conſtaret euidenter hæreditatem eſſe locupletem, ſcias hæredem non poſſe ſe iuuare beneficio dilationis à lege conceſſæ ad conficiẽdum inuentarium, & ſic tunc non haberet locum diſpoſitio dicti.§.donec, ut per Alex. poſt Bald. ibi per eum citatum in dicto §.in fi. quoniã hæres tunc non indiget inuẽtario ob ſpem certiſsimam lucri, ut per eundem Alex. in dicta l.fi.in prin. colum.3. ad quod opus eſt hac dilatione? certè ad nihilum.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ latæ contra defunctum, non poteſt fieri contra hæredem pendente tempore ad conficiendum inuentarium.*

1 SCiendum quoque eſt† ꝙ pendente tempore cõfectionis inuentarii, executio ſententiæ latæ cõtra defunctũ, non põt fieri contra hęredẽ, ita Sali.in d.l.fi.§.donec. ubi hoc colligit in uer. inquietare. Idẽ ibi uoluerũt Paul.de Caſtro Iaſ. & Corn. ubi dicit ꝙ quotidie ita practicatur. Vital.in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent.conſ.pend.col.2. in prin. Aufr.in addit. ad Capel. Toloſ.257.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio capta per defunctum contra creditores*

9 *durante tempore confectionis inuentarii non currit, ſed illo finito reincipit.*

8 *Lex ubi ſuſpendit per aliquod tempus exercitium actionis illud ipſo iure ſubducitur de medio in præſcriptione.*

1 SEd dubitatio oritur † an præſcriptio cepta per defunctum contra creditores durante tempore confectionis inuentarii deſinat currere, & illo finito reincipiat? dic ꝙ deſinit currere durante dicto tempore, licèt illo tranſacto reincipiat; ita Iacob. Butr. Bal. Caſtren. ubi etiam Alex. col. 2. in fi. ac Corne. in d. §. donec. col. pen. in fi. quia iuris ambigui nõ
2 eſt, † ꝙ ubi lex ſuſpendit per aliquod tempus exercitium actionis, illud tempus ipſo iure ſubducitur de medio in præſcriptione. Balb. in trac. de præſcri. in 2. par. 6. par. princ. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario poteſt adducere expenſas factas in funere defuncti priusquàm ſoluatur creditoribus, & legatariis: quod declara ut nu. ſeq.*

2 *Quod etiam ampliatur procedere in expenſa facta in vltima infirmitate defuncti.*

1 ALia & quinta eſt utilitas † ꝙ hęres confecto inuentario poteſt deducere expenſas factas in funere defuncti priuſquàm ſoluatur creditoribus, & legatariis. l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. ubi docto. Roma. in cõſ. 276. in 7. dubio Duen. in regula 267. nu. 3. Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 7. verſic. uel quid eſſet. ubi etiam Imol. col. 4. in fi. ff.

ad l.fal.Vital.ubi ſuprà col.2.uerſi. fallit. Porcel. in loco ſuprà citato nu.9.Alcia in conſi.139.in prin.in 3.tomo.Iaſ.in dicto §.in computatione,in princ.ubi
2 hoc etiam † ampliat in expenſa facta in infirmitate defuncti,quæ eſt ita priuilegiata ſicut expenſa funeris,per l.in reſtituenda.C.de pet.hær. quē ad hoc notat ibi Bal.l.legatū.C.de religio. & ſumpt. fune. quod tamen intelligas procedere de expenſa facta in infirmitate ultima ipſius defuncti, & non de aliis expenſis factis in aliis infirmitatibus,ut uidetur probari in dicta l.in reſtituenda.ubi dicit tex. quod in reſtituenda hæreditate compenſatio eius inducitur, quod te in mortui infirmitatem,& ſumptum funeris bona fide ex proprio patrimonio erogaſſe probaueris, & ſic ponderanda ſunt uerba legis ibi, in mortui infirmitatem. Nam ſi legislator uoluiſſet id locum habere in expenſis omnium infirmitatum,utique id ſciuiſſet dicere, ſicut loquutus eſt de expenſis in infirmitate mortui,& ſic ſingulariter.quod & ſentit Iaſ.in dict. §. in computatione. dum in primo notabili inquit, idem eſt in expenſa facta in infirmitate defuncti. de qua declaratione dixi in cōſi.14.circa fin.vol.1. Natta in conſi.448.num. 14. Aduertendum tamen eſt quod iſtud ſanè procedit quando expenſæ ſunt iuſtæ & neceſſariæ.l.at ſi quis.§.æquum.ff.de relig. & ſumpt.fune.Port.in conſi.83.nu.10. ubi etiam allegat not.in l.1.ff.ad l.falc.

SVMMARIVM.

1 *Hęres poteſt deducere de hęreditate expenſas factas circa recollectionem & inſinuationem teſtamenti.quod declara ut nu.ſeq.*

2 *Hęres cum inuentario ſi in uendendo rebus hęreditariis*

tariis aliquid ſoluit proſonetis uel ſimilibus ante omnia repetit.

3 *Expenſa magna debet probari per teſtes, pro parua uerò ſtatur iuramento hæredis.*

4 *Legatarii ſi hæreditas non eſt ſoluenda, non tenentur contribuere in dictis expenſis, niſi petant ab hęrede copiam ipſius, aliàs ſecus.*

1 ITem iſtud etiam procedit† in expenſis factis circa recollectionem uel inſinuationem teſtamenti, & in aliam quamcumque cauſam neceſſariam hæreditatis. tex. in dicto. §. in computatione, ubi notāt omnes: quia hæres illas detrahere debet ſicut æs
2 alienum. & ideò dicunt ibi Bart. & alii † ꝙ ſi hæres in uendendis rebus hæreditariis aliquid ſoluit proſonetis uel ſimilibus ante omnia repetit. quod & uult Bart. in l. ubi purè, ubi etiam cæteri. ff. ad Treb. Bal. in conſi. 73. col. 1. in fi. vol. 3. ubi tradit ꝙ ſi hæres pro ſatisfaciendo legatariis uendat aliquam rem, & pro ea uendenda faciat aliquas expēſas puta in ſubhaſtatione rei uel puta quia ſoluit gabellam talis expenſa deducitur tanquam æs alienum. Porcel. in trac. de inuent. c. 4. nu. 6. uerſicu. aliam & ſeptimam utilitatem Ripa in l. ubi purè. §. fin. ff. ad Treb. nu. 5. Straccha. in tract. de proxenc. par. 4. fo. 44. uerſic. nec
3 diſſimile. Et ſi† expenſa eſt magna debet probari per teſtes, ſi autem parua ſtabitur ſacramento ipſius ſecundum Bart. & alios in dicto. §. in computatione, quia non debet hæres de omni parua expenſa ſemper facere inſtrumenta. Barb. in conſil. 62. col. 2. uol. 2. Ang. in §. non ſolùm, col. 2. inſtit. de uerbo. obliga. Porcel. ubi ſuprà. Tiraquel. in tracta. de iud. in reb. exig. feren. charta 2. in fin. uerſicul. & in hæredo.

Duen.in reg. 197. nu. 10. Item intellige iſtud etiam procedere quando tale expenſæ ſunt rationabiles, quas quilibet pater familias uerisimiliter feciſſet, alias non probatur nedum per ſolum iuramentum, imo ſi probarentur per teſtes uel inſtrumenta, non deberentur, ſecundum Bart.in l.quæ ſub conditione, per illum text. ff. de condit. & demon. quem ſequuntur Paul. de Caſtro & Iaſ. in dicto.§. in computatione, col.2. Ad quam quidem expenſam contribuere non debent legatarii ſi hæreditas eſt ſoluendo, niſi petant ab hærede copiam inſtrumenti recollecti à notario ſua impenſa, quia tunc teneretur aliquid contribuere arbitrio iudicis, ita Bal.in dicto. §.in computatione, col.2.in prin.arg.l.alienam.§.fi. ff.de nego.geſt. & in l.§.1. ibi & expenſis, C. de bon. autho.iud.poſ.ſecus ſi hæreditas non eſt ſoluendo ſecundum Bal.ibi, ubi ſubdit idem dicendum in ſimilibus expenſis quæ pro communi utilitate fiunt, quã deciſ.ibi ſequũtur Alexand.colum.2.uerſicul.& ideo ſi quæritur, & Iaſ.colum.1.in uerſi. ſecundò poteſt, ubi inquit omnes per illum text. ita tenere. Bald. in l.2.colum.3 circa finem, uerſi. Iuxta hoc quæritur, pone quòd ille.C.de eden.Abb.in conſ.107.in 1.uol.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuentarii intelligitur reſeruatum in his tantum, quæ inuentarium concernunt, & non in aliis.*

2 *Hæres faciens expenſas pro ſe & non pro hæreditate, non deducuntur de ea.*

3 *Hæredi ſi mota fuit quæſtio per alium ſuper hęreditate, non deducit expenſas de hęreditate. quod tamen declara ut infrà.*

4 *Hęres contendens cum alio prætēdente ſe hęredem, expenſas factas in lite deducere poterit de hęre ditate ſi obtinuit. declara ut infrà.*

5 *Pręlatus electus poteſt defendere electionem ſuam expenſis pręlaturę.*

QVid de expenſis factis in litigando cum creditoribus, & legatariis an ueniant detrahendæ de hæreditate tanquam neceſsariæ? prima facie dicendum uidetur quòd non, quia ſecundū Bal.
1 in conſi.76.in fi.vol.3.† beneficium inuentarii intelligitur reſeruatum in his tantum, quæ inuentariū concernunt,& in eo poni poſſunt, non autem in aliis.
2 Secundò † quotienſcunque hæres facit expenſas pro ſe & non pro hæreditate, ſibi imputatur. ita Bal. in l.fi.§.in computatione, in 3. not.C.de iur.delib.
3 ubi loquendo in terminis noſtris inquit, † ꝙ ſi contenditur de hæreditate cum hærede, expenſa quæ fit in lite, non minuet legata.& idem ſi contēdatur cū legatario, per l.fi.C.de pet.hæred.argu.l.& ſi lege.§. quod autē ff.eo.tit. & quod not.in l.fi.C. de eroga. mili.anno.lib.12.quod inquit menti tenēdum Paul. de Caſtro ibi col.2.uerſi.Item intellige.

Sed his non obſtantibus contrarium dicendum eſſe uidetur, ut probatur ex nota. per Angel. in d.§.
4 in computatione, in princ. ubi dicit, † ꝙ ſi hæres obtinuit, ſatis dicitur expenſa hæreditaria, ſicut eſt illa, quæ fit in inſinuatione teſtamenti: nam ea non fit niſi ut hæreditatem obtineat, quam non obtineret fide teſtamenti perempta. lege ſecunda.& l. conſulta.C.de teſta. & quod poteſt ſe defendere expen-
5 ſis hæreditatis, ſicut † prælatus electus poteſt defendere electionem ſuam expenſis prælaturæ; quia ſatis

dicitur negotium prælaturę uel hæreditatis, quòd habeat prælatum uel hæredem, qui eas defendat. c. ut præteritæ, de electio. cum ibi nota. quod dictum menti tenendum ait Paul. de Caſtro ubi ſuprà. nam ut etiam tradit ibi Alex. col. 2. in 3. notabili. per text. in l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione, il 2. ff. iudicatũ ſolui. uidetur enim eſſe expenſa hæreditatis, quæ fit in curando ut hæreditas illum habeat in dominum, quem uoluit defunctus expreſsè in teſtamento uel tacitè ab inteſtato. l. conficiuntur, & l. ſi quis cũ nullũ. ff. de iure codicil. Iaſ. ibi ubi poſtquàm retulit opinionem Bal. inquit ſed dic melius quòd ſi hæreditas non eſſet ſoluendo, quòd iſtam expenſam ante omnia deduceret, ſicut deducit expenſam, quam fecit in confectione inuentarii, & tamen eius utilitas principaliter ſpectat hæredi, ſicut prælatus quando litigat de beneficio licèt principaliter litigat ſua cauſa, tamen expenſas facit de redditibus beneficii, ut in dicto c. prętteritę. quod & uoluit Ang. in conſ. 245. in 3. dubio & Porcel. in trac. de inuent. c. 4. nu. 7. uerſi. & pro intelligentia.

Et ad allegata in contrariũ reſpondetur, & primo ad dictum Bal. in dicto conſ. quòd imò dictæ expēſę concernunt inuentarium & poſſunt pòni ſi non in eo ſaltem in additione quemadmodum & alię expēſę quæ fiunt poſt publicationem ipſius inuentarii, ut ſunt expenſæ quæ fiunt in notariis rogatis ab abſolutionibus factis hæredi per creditores hæreditarios, in proſonetis & gabellis, quæ occurrunt circa uenditiones rerum hæreditarium pro ſatiſfaciendo creditoribus & legatariis; de quibus per doc. in dict. §. in cõputatione quia ante omnia repetit ut ibi. Accedit quod notat Roma. in conſ. 276. in 7. dubio, dicens quòd ſi hæres preterquam in impenſa funeris,

&

& id quod impendit in cõfectione inuentarii atque publicatione teſtaméti;in aliis rebus hæreditariis fa cerit expenſas tendentes ad perpetuã utilitatẽ, pôt illas detrahere l.mulier.§.ſed & ipſe.ff.ad Trebel.

Non obſtat etiam dictum Bal.in d.§.in computatione.quia reſpondetur qꝫ communiter reprobatur ut per Aemilia.in conſi.15.col.2.in duobus locis, & quia Ang.in d.§. in computatione, uidetur uelle qꝫ ad deductionem ipſarũ expenſarũ requiratur qꝫ hæres obtinuerit ſententiã pro ſe aduertédũ eſt qꝫ eius dictum non ita ruditer intelligendum eſt, ſed in caſu exemplificato quando hæres uexabatur ab æquè prætendente ſe hæredem; quia ſi ſuccubuit, non deducet expenſas de hæreditate factas pro parte ſua tanquã non facta in cauſa hæreditaria,ſed propriam ipſius ſuccumbentis, qui ſic litigando hæreditatẽ obtinere uolebat,quę ad eundẽ non pertinebat, ſed expenſas ipſas detrahere poterit hæres,qui reportauit ſententiã;dũmodò legitimũ conficiat inuentariũ,ſecus quando uexabatur a contendete ſe creditorem hæreditarium & qui habebat iuſtã cauſam litigãdi, quia tunc licet nõ obtineat ſententiã pro ſe, poterit tamen deducere expẽſas,quas bona fide fecit, ſecus quando temere & maliciofe litigauit, ut per Franc. de Rampo.& Bal.& in dicto.conſ.76.quæ cõſ.ſimul iuncta ſunt,quoniam inuentarium non excuſat a calumnia nec a culpa,ſed tantum quando quis utiliter & in cauſis neceſſariis expendit, unde Aemil.ubi ſuprà in hac materia ſic diſtinguit. Aut hæres litigãdo cũ prætendente ſe hæredem ſuccubuit, & tunc non deducet expenſas; quia non dicitur negotium hæreditarium exercuiſſe,ſed ſuũ, & tunc habet locum dictum Bal.in dicto.§.in cõputatione. Aut uincet, & deducet iuxta ſententiã Ang.& ſequatium. Quãdo

uerò

uerò litigauit.ſi autem ſuccumbit non, quia inſtructus accedere debebat ad iudicium iuxta notata per Bal.in l.qui in alterius, de reg.iur. Aut ſe defendit, & tunc ſi uicit, nemini dubium eſt quòd expenſas detrahere poteſt ſi uerò ſuccubuit, aut habuit iuſtam cauſam litigandi, & ſimiliter detrahet, aut nullam iuſtam cauſam litigandi habuit, quia clarè, & manifeſtè conſtabat de iure agentis, & iſto caſu tanquam temerarius litigator non deducet, ſed ſuis ſumptibus litem patietur, ut per Franc.de Rampo. & Bal.ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Damnum contingens hęredi in rebus hęreditariis ſine culpa ſua poſt inuentarium confectum non ſpectat ad eum.*

SExta eſt utilitas quia de iure digeſtorum ſi tempore mortis teſtatoris hæreditas erat ſoluendo, ſed poſtea caſu fortuito, puta per mortem ſeruorum uel animalium hæreditariorum efficiatur nõ ſoluendo, tale periculum pertinebat ad hæredem.
1 l.in ratione, in prin.& §.diligenter.ff.ad l.falc.† Hodie tamen facto inuentario periculum mortis uel alterius caſus fortuiti non ſpectat ad hæredem,ut per Barto.& Iaſ.in l.fin.in.§.& ſi præfatam.C.de iure de lib.Bart.in dicta.l.in ratione, in princ.& latius in dicto §.diligenter, ubi Alex.Ang.à Gambel.in trac.de teſta.in gl.112.nu.10. Et ratio eſt quia hæres poteſt de rebus hæreditariis ſatiſfacere dicta l.fi.§.etſi perierint ſine culpa, liberatur;quia non debet remanere in damno.Porcel. in trac.de inuent.in 4.c.num.5. uerſi.ſexta utilitas Saxon.in conſuet. Turon.colu.3.

fo.

† fo.43.& hanc† communem opinionem inquit Rip. in l.1.ſi is qui quadringenta,col.fin.ff.ad Treb. quod dictum putat eſſe uerum Pau.de Caſtro ibi in dicto. §.etſi præfatam, colu.2. ſi ante aditam hæreditatem peruenerunt,quia nondum erat obligatus legatariis inſolidum,ſecus ſi poſt: quia per aditionem incepit eis inſolidum obligari, ex quo uires hæreditatis pa tiebantur, ideo non liberantur interitu rerum ſi legata conſiſtebant in quantitate.l.incendiũ.C.ſi cert. peta. ſecus eſt in aliis rebus peremptis conſiſtentibus in ſpecie, quia debitor ſpecie per eius interitũ liberatur ſi non fuit in mora.l.ſi ex legati cauſa.ff. de uerb.oblig.quem ſequitur Porcel.ubi ſuprà.Quæ tamen limitatio ſeu reſtrictio improbatur per Alex. in dicto §. diligenter, circa finem. ubi inquit illam non eſſe uetam per primã rationẽ ibi traditam per Bart. quia non debet pati damnũ hæres, nec de ſua ſubſtantia penitus aliquid perdere, etiam quoad creditores,ut in d.§.& ſi præfatam. & multò magis idem eſſe debet quòad legatarios tractantes de lucro,per dictam.l.fi.§.licentia. & ſic obligatio ex tempore aditæ hæreditatis non fuit contracta ſimpliciter inſolidum,ſed cum modificatione, ſcilicèt ꝙ nõ patiantur damnum in ſua ſubſtantia. Verum uerior uidetur opinio Paul.de Caſtro, quia tempore aditionis contracta fuit obligatio pro ualore bonorum tunc extantium ut in dicto.§.etſi præfatam,ibi,ut in tantum creditoribus, & legatariis teneantur, quantum ualent res ad eos deuolutæ,quę obligatio tolli non debet propter caſum ſuperuenientem;quia res perierunt periculo eius, cuius ſunt.l.incendium. C. ſi cert. petat. ex qua ratione tollitur reſponſio Alexand. dicentis quòd contracta fuit obligatio à princip. ſub hac conditione ne hæres ſentiat damnum

quia id uerum eſt ultra quàm ad eum peruenit, ſed quatenus ad eum peruenit, obligatur etiam ꝙ poſtea caſu intereant.ita Ripa.ubi ſuprà.quod ſuadetur ſecundũ eũ naturali ratione;quia ſi poſt aditam augeatur hæreditas fœtu pecorum, alluuione, partu ancillarum, inſtitutione ſeruorum, hæres qui fecit inuentarium ſentit commodum augmenti,& pro eo non tenetur.dicto.§.& ſi præfatam, ergo debet ſuſtinere periculum diminutionis.l.ſecundum naturam, de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 *Statuto uel conſuetudine ſi caueatur, quòd debitor ad petitionem creditoris poſſit carcerari, hęres defuncti, qui confecit inuentarium, non poterit carcerari.limita ut infrà.*

2 *Statutum diſponens quòd executio instrumenti ita fiat contra hæredem ſicut contra defunctum, locum non habet in hærede,confecto inuentario.*

1 SEptima eſt utilitas † quòd ſtante ſtatuto uel conſuetudine quòd debitor ad petitionem creditoris poſſit carcerari, hæres defuncti,qui confecit inuentarium, carcerari non poterit;ita Bal.in l.fi.§. etſi pręfatam, col.2.arg.illius.§. C.de iure delib.ubi etiam ibi Salic.in §.ſi uerò ipſe.Imol.in l.poſtulante. in fin.principii.ff.ad Treb.ubi inquit ita de facto ſe dixiſſe in quadam quæſtione in ciuitate Bononiæ.in qua eſt ſtatutum ꝙ pro executione literæ cambii debitor poſſit carcerari.quē ſequitur ibi Alex.col. 3.uerſi.3.adde, & col.penult.uerſi.Item inquantum. Imol.in l.3.in §.prætor, col.1.in fi.uer.unde ſi dicat. ff.de damn.infec. Angel. in conſi.31.in princip. Angel.

gel.à Gambel.in tract.de teſta.glo.1 1 2.nu.1 1.Soc.in conſi.23 1.col.pen.uerſic.ſed quid plura.& hanc eſſe † receptam doctorum ſentētiā inquit. Vaſq. in trac. de ſucceſ.crea.§.6.nu.45. quia ſi aliter diceremus, ſe quereretur ꝙ hæres qui confecit inuentarium, & tutus eſt in eo quod eſt ultra uires hæreditarias, & ab omni moleſtia, & uexatione, immunis ab eis non redderetur, quinimmò maximam moleſtiam uexationemq; pateretur, contra beneficium,& indulgentiam dictæ l.fi.C. de iure delib. ſubdens ꝙ in uſu forenſi ſæpiſsimè reſpondere ſolemus, hæredes debitoris fiſcalis facto inuentario uinculis continendos non eſſe interea dum debitum perſoluitur, & liquidantur uires hæreditatis. & ideo ex his determinat Bart.in dicta.l.fi.§.in computatione,col.2. uerſi. uenio ad ultimam, per gloſſ.ibi ꝙ ſi ſtatutum diſponat quod nemo ueniat contra inſtrumentum factum a ſe, nec hæres eius ei teſtator obligauit fundum eius alicui quem poſtea hæredem inſtituit,qui hæreditatem adiuit & inuentarium fecit, ꝙ hæres beneficio inuentarii talem fundum uendicare poterit. dicens ꝙ † ſi ſtatutum diſponit quòd executio inſtrumenti fiat contra hæredem ſicut contra defunctum, intelligitur ubi hæres inuentarium non confecit. ſubdens uerba formalia; tene menti rogo te nec prodeſt mihi exclamare quin teneas menti,& cum Bar. † pertranſeunt ibi † communiter ſcribentes, & Sali.in dicto. §. ſi uerò,& ipſe in fi. Anto. de Canar.in trac.de execu.inſtru.quæſt.28.Dec.in l.debitori.nume.18.C.de pac. Caſſane.in conſi.22.nume.18. in fi. Quam tamen ſententiam de qua ſuprà limita procere quando hæres eſt debitor & ex mora defuncti conueniretur, ſecus ſi ex mora ipſius hæredis; quia poterit carcerari cum inuentarium non proſit

hæredi

hæredi contra factum proprium niſi dumtaxat contra aditionem hæreditatis per nota.in l.quæ dotis, ſolut.matr. cuius ſententiam amplectitur Alex.in l. poſtulante, col.penult.uerſi.Item in quantum.ff. ad Trebel.& in dicto.§.etſi præfatam . col.fi.uerſi.quæritur hic, dum remittit ſe ad Bal.ubi ſuprà, quæ tamē mora hæredis præſumitur ſecundum Bal. ubi ſuprà ſi non comparuit, & allegauit quòd bona erant ſoluendo, & de inuentario confecto, ut in l.2.ff.ſi quis iud.non obtemp.quam exceptionem proponere debuit.l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſolut.matr.quod cum non fecerit, contumax reputatur,& legitima redditur captura quòad ſui initium. Inquit tamen ibi Bald.ꝙ ſi producatur inuentarium per hæredem, & appareat quòd hæreditas non ſit ſoluendo, debet relaxari.l.1. §.hæc uerba.ff.ne uis fiat. Vaſque.ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Hęres cum beneficio inuentarii ſatisfacere poteſt integraliter creditoribus uel legatariis primò uenientibus quamuis poſterioribus.*

1 OCtaua eſt utilitas † quòd hæres poteſt ſatiſfacere creditoribus & legatariis primò uenientibus, poſito quod ei nihil remaneant, & ſi ſunt alii creditores uel legatarii antiquiores non poſſunt ei imputare, quare illis ſoluerit non reſeruando aliis partem ſuam,uel quare non recepit ſatisdationē de reſtituendo illud quod accipiebat ultra quod debebant recipere, ſi apparerent alii creditores.tex. eſt in l.fi.§.etſi præfatam. C. de iure delib.ubi communiter perſcribentes.Angel.à Gambel.in tract.de teſta.glo.112.nu.8.Porcel.in trac.de inuen.c.4.nu.2,

Paul.

Paul.de Caſtro in conſi. 211. circa finem ſecundum antiquã impreſsionem.Iodoc. Brugen. in pract.rer. ciuil.c.18.nu.5.Guid. Pap. in tract. de inuen.nu. 16. Quod ſane locum habere intelligas quando ſoluit bona fide, quia ignorabat alios creditores potiores ſecus ſi ſciuiſſet, quia diceretur eſſe in dolo, ſi cautiones non exigit.l.dolo.ff.ad l.falc.ita Bar.in dicta. l.fin.§.etſi præfatam,col.2.in princ.uerſi.oppono tertiò dicitur hic. ubi etiam Cyn.& Sali.in princ. Pau. de Caſtro col.2.in 3.utililate in fi. ac Alex.in princ. & Corne.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes non ſunt citandi quando hęres cũ beneficio inuentarii ſoluit creditoribus primò uenientibus.*

1 QVæro, an abſentes creditores ſint citandi quã do hæres cum beneficio inuentarii ſoluit primò uenientibus? Determina ꝙ non,ſecundum Bald in l.fi.§.etſi præfatam col.3.uerſicu.ſed an cum hæres.C. de iure delib. quem ibi ſequitur Corn.col. 2.in 3.utilitate. & hoc ne hæres in uexatione maiori ponatur ſupponendo ſe litigiis plurimorum.

SVMMARIVM.

1 *Creditores hęreditarii uel legatarii ſi pecunia non eſt in hęreditate compelli poſſunt per hęredem, qui confecit inuentarium ad accipiendum res hę reditarias in ſolutum.*

2 *Aliud pro confecto inuentario ſolui poteſt.*

Alia

1 QVæro an ſit dare caſu in quo † hæres cum beneficio inuentarii poſſit cogi ad ſoluendum in pecunia creditoribus? Et reſponde q ſic, iuxtà diſtintionem Iacob. de Are. & Cy. in l. fi. in §. præfatam, col. 2. uerſic. ultimò quæro. C. de iure delib. ubi dicunt q ſi hæreditas eſt ſoluendo, tunc hæres debet ſatiſfacere in pecunia. l. ſi hæredes. §. fi. ff. fam.
2 ercis. l. ſi pecunia, de legat. 2. quia † beneficium inuētarii inuentum eſt ne hæres patiatur damnum, non autem in iniuriam creditorum. l. nec auus. ff. de emā. liber. ſi autem non eſt ſoluendo, tunc ſi emptor inueniatur ſine aliquo onere euictionis debet uendere ut ibi nam quod mihi prodeſt, & alteri non nocet, de facili concedendum eſt. l. in creditore. ff. de euic. ſi autem cum obligatione euictionis. & tunc non tenetur uendere, quia non debet damnum pati, quā ſententiam quoque ibi tenēt Bal. col. 2. uerſi: quæro hic utrum hæres. Paul. de Caſtro col. 2. in 4. utilitate & Corne. colum. 2. in 4. etiam utilitate Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de inſtru. edi. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario nulla præmiſſa ſubhaſtatione uendere poteſt de bonis hæreditariis pro ſolut. creditorum & legatariorum.*

1 AT quæritur† an pro præmiſſa ſolutione fienda ſi uendantur bona hæreditaria, requiratur ſubhaſtatio uel alia ſolemnitas? Conclude q non ut in ſpecie determinar. Bal. in dicta. l. fi. §. etſi præfatam, in primo not. C. de iure delib. quem ſequitur Guid. Pap. in trac. de form. inuent. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio inuentarii poteſt aſſignare creditoribus etſi inuitis tot nomina debitorũ hæreditariorũ abſq; eo quod ipſe teneatur ille exigere.*
2 *Rerum appellatione continentur & nõia debitorũ.*
3 *Intereſt noſtra litibus & ſumptibus non uexari nec à propriis negotiis reuocari.*
4 *Inuentarium excuſat a vexationibus facti.*

1 HAeres † confecto inuentario poteſt aſſignare creditoribus inuitis tot nomina debitorum hæreditariorum abſque quod illa exigere teneatur.ita.Iaſ.in dicta.l.fi §.etſi præfatam, col.1.per
2 illum tex.C.de iure delib.ibi,uel ex ipſis rebus † quarum appellatione continetur & nomina debitorum l.1.ubi omnes.ff.de ſtat.hom.Bart.in l.Quintus.§.argento.ff de aur.& argen.lega.ubi inquit, hoc dictũ fortè nouum & in ſpetie à nemine tactũ. Pro cuius confirmatione facit ꝙ dicit Bal.ubi col.2.uerſi.quæro hic utrum. ubi dicit ꝙ hęredi conſulitur ne cogatur uendere res hæreditarias pro ſatiſfatione creditorum, ꝙ dicat eis, uendite uos, & ego conſentiam ut euitet uexationem euictionis quæ cõtra eum poſſet ſequi.ſi ergo ita in illo caſu, igitur idem dicendũ in iſto, ut poſſit dicta nomina aſſignare creditoribus
3 ne uexetur litibus & expenſis.† Intereſt enim noſtra litibus, & ſumptibus non uexari.l. minoribus.ff.de mino.& à propriis negotiis non reuocari.l.fi.quando.C.de teſtib.Bald.in dicto.§.etſi præfatam col.3.
4 uerſicul. & nota ubi etiam Iaſ.colum.1.tradit † inuẽtarium excuſare hæredem à uexationibus facti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum inuentario ſi uendit res hæreditarias pro ſatisfaciendo primis creditoribus, non poſſunt emptores ab aliis moleſtari, ſecus ſi vendidit tan quam proprias. Quod declara ut infrà.*

1 QVid ſi † hæres cum inuentario uendidit res hæreditarias pro ſatisfaciendo primis creditoribus uenientibus, an poterũt emptores ab aliis creditoribus moleſtari? Reſponde ꝙ non l. fi. §. etſi præfatam, ubi cõmuniter do. C. de iure delib. Guid. Pap. in trac. de for. inuen. nu. 16. Ratio eſt quia ſi hoc facere poſſunt emptores haberent regreſſum contra hæredem uendentem, & ſic incommodum conſequeretur hæres & uexationem contra diſpoſitionem dicti. §. etſi præfatam. Quod ſane intelligas procedere quando hæres ipſas uendit pro ſatisfaciendis debitis & legatis, ut in dicta. l. fin. in §. ſi uerò creditores, ſecus ſi uendidit ſimpliciter tanquam proprias, quia tunc poſſent emptores moleſtari, ita Bart. in dicto §. etſi præfatam, colu. 2. in princ. in uerſic. ad cuius declarationem, quem ibi ſequuntur Iaſ. colu. 1. & Caſtren. in §. licentiã, in fin. ubi inquit ꝙ emptor cautus eſſe debet ut faciat apponi iſta uerba in inſtrumento emptionis, ꝙ talis hæres ut hæres cum beneficio inuentarii pro ſatisfaciendo creditoribus hæreditariis & legatariis uendidit ſibi talem rem hæreditariam, quia talia uerba faciunt eum ſecurum, alias ſi non eſſent appoſita iſta uerba, poſſet conueniri hypothecaria a creditoribus, qui haberent illa bona obligata, & tunc creditores poſteriores quibus eſſe ſolutum precium, non poſſent conueniri condictione ex lege, & ſatis dicitur probari hærede propter hæc uendidiſſe quando reperitur ſatisfactum creditori,

eſſe Bart.ibi in fin.ubi etiam Iaſ.col.1. uerſi. quinta utilitas, in fin. Salic. in dicto.§.ſi uerò creditores,& 1
Porcel. ubi ſuprà, Ripa.in l.ſi uentri.§.fina.num.13. ff.de priuil.cred.Iſtud etiam habere locum ſcias reſpectu creditorum, ſecus ſi alius uellet euincere dominii; quia hoc lege illa non prohibetur,ita Bart.in dicto.§. etſi præfatam, colum.2 .verſicu. Item illud 1
quia factum hæredis non facit præiudicare ei, qui eſt dominus.

SVMMARIVM.

1 *Creditores non poſſunt agere contra emptores rerũ hæreditariarum; ſi hæres recepit pretium, & illud conſumpſit,niſi in ſubſidium.*

2 *Poſſidentis melior eſt conditio quando uterque certat de damno vitando.*

3 *Emere eſt voluntatis.*

4 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputare debet.*

5 *Cautela eſt pro emptoribus ementibus res hęreditarias ab hærede,qui confecit inuentariũ pro ſatiſfaciẽdo creditoribus & legatariis, vt pecuniam peruenire faciat creditores uel legatarios.*

1 QVid † ſi hæres pecuniam redactam ex uenditione rei hæreditariæ nõ ſoluerit ſecundis creditoribus,nec poſterioribus,imò eam conſumpſit & factus eſt non ſoluendo, nũquid creditoribus prioribus dabitur regreſſus contra emptores?Odoſ. in l.fi.§.etſi præfatam,col.pen.uerſi. ſed quid ſi.C.de iure delib.primò arguit ꝙ non,per literam ipſius §. quæ emptores reddit tutos & ſaluos dum dicit, nec aduerſus

aduerſus emptores,&c. Item, quia tantum eis ab eſt ſcilicet pretium, quantũ eis adeſt ſcilicet res empta.
2 item † ipſi de damno certant vt & ipſi creditores, & in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis. Item reis eſt fauendum. l. Arianus. ff. de actio. & oblig. Cõtrarium tamen determinat quòd nõ detur actio creditoribus hæreditariis niſi in ſubſidium. arg. l. planè, ſa. 1. de leg. 1. & l. fin. §. 1. ff. de eo per quem factum eſt. Alber. de Roſa. ibi col. 2. in prin. uer. quid ſi hæres & Bal. col. in fi. in ver. in tex. ibi pro ſequentibus.

Qualiter ergo conſulitur emptoribus? Reſponde quòd non habebunt regreſſum de euictione contra
3 hæredem † ſed eis imputandum eſt quare emerunt,
4 quia emere eſt uoluntatis, Item † imputent ubi quare in dubio de euictione cum fideiuſſore ſibi caueri nõ fecerint, per regulam damnũ quod quis ſentit. ff. de reg. iu. nec poſſunt repetere pretium quamuis ad creditores hæreditarios perueniſſet; quia repetitio nulla eſt ab eo qui ſuũ recipit, l. repetitio. ff. de cõd. indeb. Præterea eis licuit uigilare ad conſequendum ſibi debitum. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. ita Odofred. ubi ſuprà, dicẽs ſententiam iſtam poſſe probari per litteram dicti. §. dum dicit, cum ſatis antiquioribus creditoribus prouiſum eſt, ergo cum iſto caſu nõ ſic prouiſum quando pecunia non fuit ſoluta ſecundis creditoribus per argumentum à contrario ſenſu, quod eſt fortisſimum l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. & per menſem Iuſtiniani poſtquam cum creditoribus poſterioribus non eſt actum, uidetur conceſſus regreſſus contra pignorum poſſeſſores, & ſic contra emptores rerum hæreditariarum debitore prius excuſſo per §. neque, in authent. de fideiuſ.
5 † Cautela tamen datur emptoribus ſi uolunt eſſe ſecuri, ut procurent pecuniam redactam ex uendi

tione peruenire ad manus creditorum & legatariorum ita Bald. ubi ſuprà, & Corne. ibi colum. 3. verſicu. ad hoc tamen,

SVMMARIVM.

1 *Creditores moleſtiam inferre non poſſunt legatariis, quibus per hæredem cum beneficio inuentarii primo loco ſatisfactum eſt de rebus legatis, ſi hæreditas eſt ſoluendo, ſecus ſi non ſoluendo.*

2 *Creditores debent agere contra hæredem quando hæreditas eſt ſoluendo.*

3 *Creditores habentes hypothecam in rebus legatis, non poſſunt agere contra legatarios niſi prius diſcuſſo hærede.*

1 QVid dicendum † quando hæres confecto inuentario primò tradidit res legatas legatariis, an creditores poſſint ipſos inquietare, dicentes eos tanquam potiores in dictis rebus præferendos eſſe? pro deciſione dicas ꝙ ſic, quando hæreditas nõ eſt ſoluendo, ut eſt gl. in l. fi. §. licentia iuncta. glo. in uerſ. accõmodare. C. de iure delib. quia longe melius eſt legatarium nõ lucrari, quam creditorem damno affici. l. ſi quis. §. ſed ſi adita. ff. de relig. & ſumpt. funer. neque patratio uidetur amittere debita, & lucrũ nõ capere l. fi. C. de codicil. ſecus ſi ſoluẽdo per. l. fi. C. de hæred. uel actio. uend. & per glo. in d. uerſi. accõmodare. quã ibi ſequuntur Bar. in 2. col. in uerſ. Itẽ oppono dicitur hic. Pau. de Caſtro col. 2. in prin

2 cip. uerſi. in glo. ibi ſed ibi, ubi dicit † ꝙ quando hæreditas eſt ſoluendo non poſſunt legatarii moleſtari a creditoribus, ſed debent agere contra hærede,

nec

nec hæres poterit ſe excuſare ſub prętextu inuentarii poſtquam hæreditas eſt ſoluendo, quominus ſatisfaciat; quia non remanebit in damno nec aliquid ſoluet de ſuo. Salic. ibi in fin. & Alex. in 3. col. uerſi. in ea ibi, ubi dicit optimam eſſe ſolutionem glo. per quam bene probatur id quod not. Cy. in l. 3. C. qui pot. in pign. hab. & nota. per Bart. in l. is cui. §. poſt quam. ff. ut in poſ. lega. uidelicet quòd quando hæreditas eſt ſoluendo, dato quòd hæres fecerit inuentarium creditores non poſſunt legatarios moleſtare, quibus primo ſolutum eſt, ſed debent agere contra hæredem, quia tunc legata non dicuntur indebitè ſoluta. quod inquit Barto. menti tenendum. quam diſtinctionem etiam tenuit Iaſ. etiam ibi in §. etſi pręfatam colum. 2. in fi. glo. in dict. a. l. fi. C. de hæred. actio. ubi Cy. & Sali. Coraſ. in l. filium quem habentem, in fi. C fam. ercis. Picus in l. in quartam. nu. 161. ad l. falcid. Iaſ. in l. non eſt nouum. ff. de cond. indeb. Idem dicit Paul. de Caſtro. ſi legata conſiſtebant in pecunia, & hæres tradidit in ſolutum creditoribus res fortè meliores, quia non poterunt creditores nō prætendentes res illas ſibi obligatas dicere potius debuiſſent nobis in ſolutum tradi quàm aliis. quod dictum declarat Caſtren. ubi ſuprà ſibi locum uendicare † niſi creditoribus eſſet res hypothecata, quę fuit tradita legatariis, quia non potuit teſtator legando aliis creditoribus auferre ius hypothecę. ſubdit tamen legatarios poſſe offerre debitum creditoribus, & retinere rem legatam. l. Paulus. §. fi. ff. quib. mod. pign. uel hypo. ſoluitur. & poſtea ab hærede recuperare per actionem negociorum geſtorem, l. ſoluendo. ff. de nego. geſt. inquit tamen Alexand. ubi ſuprà aduertendum eſſe, quòd ſi hæreditas eſt ſoluendo quòd legatarii poterunt repellere credi-

3 (margin, beside "care † nisi creditoribus")

tores, qui primò debēt agere contra hęredem actione perſonali, & non facta excuſsione contra eum non poſſunt agere hypothecaria contra tertios poſſeſſores, ut not. in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno.

SVMMARIVM.

1 *Crēditoribus hęreditariis ſuccurritur contra legatarios, quibus primò ſolutum eſt per hęredem cum beneficio inuentarii condictione indebiti uel hypothecaria, quando hęreditas non eſt ſoluendo.*

2 *Aes alienum abſorbet legata.*

3 *Soluenti indebitum, competit condictio indebiti.*

4 *Condictio indebiti interdum datur alteri quàm ſoluenti quando ad illum pertinet, et negotiũ, & ſoluenti non intereſt repetere.*

5 *Hypothecaria eſt actio in rem, quę ſequitur poſſeſſorem.*

1 SEd qua † actione ſuccurritur creditoribus contra legatarios, quando hæreditas nõ eſt ſoluendo? Dic per condictionẽ indebiti, per tex. in l. fi. § licentia. C. de iure delib. ubi Salic. Bart. ibi in dicta l. in §. etſi præfatam, col. 2. uerſ. Item oppono dicitur hic, & in uerſ. ſequenti, ubi etiam Bal. col. 2.
2 uerſ. 1. quæro. † quia æs alienum abſorbet legata. l. ſi
3 uniuerſæ. C. de lega. Nec obſtat † q condictio ipſa datur ei, qui ſoluit indebitum, toto tit. ff. de cond. indeb. ſed creditores nõ ſoluerũt, ſed hæres. ergo &c. quia reſpondet Caſtren. in dicto. §. licentia, in princ.
4 q † interdũ illa datur alteri quàm ſoluenti quando ad alterũ pertinet negotiũ, & ſoluenti nõ intereſt repetere, ut hic per l. primã, ſecundã, & l. nõ eſt nouũ.

ff. de cond. indeb. glo. in dicto. §. licentia, in uerbo in debiti conditione. Bart. & Sali. ubi ſupra. Item & per hypothecariam ſi habet, ut in dicto. §. licentia, & communiter ibi per docto.

Sed difficultas oritur quando una habebit locũ & non alia. Cy. in dicto §. etſi pręfatam, col. 2. uerſ. modò quæritur poſt Petr. dicit hypothecaria tunc locum habere quando res eſt data legatariis, quia

1 † illa eſt in rem, quæ ſequitur poſſeſſorem. arg. l. ſi fundus. §. in uendicatione. ff. de pigno. Conditionẽ uerò indebiti quando nõ fuit data res, ſed uendita, & pretiũ illis ſolutum. l. non eſt nouum. ff. de pigno. actio. Idem tenuit Bart. ibi col. 2. uerſic. quæro quando competat. ubi idem dicit quando res ſoluta legatariis non extabat, ſed erat conſumpta, ut quia in eorum utilitatem conuerterant. Alber. de Roſa. ibi col. 2. in 1. uerſi. quæro quando Paul. de Caſtro & Sali. in dicto §. licentia, & ratio eſt, quia legata ſunt indebita quando hæreditas non eſt ſoluendo l. 1. §. 1. ff. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 *Creditoribus datur hypothecaria contra poſteriores, quibus res obligata data fuit in ſolutum uel condictio ex lege, quando pretium rei uenditę datum fuit in ſolutum poſterioribus, & hæreditas non eſt ſoluendo.*

1 CReditoribus† tamen prioribus conſulitur per l. cõtra poſteriores, q̃bus res hypothecata data eſt in ſolutũ, ut agant hypothecaria, uel quãdo pretiũ rei uenditæ datum eſt in ſolutũ, ut agant condictione ex lege, & non condictione indebiti,

quia

quia non indebitum, ſed debitum receperunt poſteriores creditores.ita Cy.& Bar. in dicto.§.etſi præfatam,col.2.uerſi.uenio ad uerſi. ſi uerò hæredes. & in uerſic. quærò dicitur hic.ubi etiam Alber. de Roſa. col.2.in prin.uerſi.ſed quando.Sal.in §. ſi uerò creditores.& Paul.de Caſtro in dicto.§.licentia,in princ. uerſic.quando autem. ubi inquit q quando distributio facta fuit inter poſteriores creditores,non poteſt competere conditio indebiti,quoniam illis erant debita quæ ſoluta fuerunt,licèt alii eſſent potiores eis, ſed ſubuenitur ex beneficio condictionis ex illa lege in ſubſidium poſtquàm non habent regreſſum contra hæredem, & erant potiores, ita quod eis ueniebat primò ſoluendum.

Quid ſi creditores non habebant hypothecam? Reſponde ſi erant potiores actione perſonali, quia habebant priuilegium inter chirographarios creditores, quod eſt in pluribus caſibus, de quibus in tit. de priuil.cred. & diſtributio facta fuerit inter illos, qui non habebant priuilegium, tunc ſuperuenientibus,& priuilegium habentibus ſuccurritur contra illos non per hypothecam, ſed per condictionem dictæ l.fi.in §.ſi uerò. Ita Paul. de Caſtro in dicto §.licentia, col.1.uerſi.circa ſecundum caſum,per l.ex facto §.fin.ff.de pecul.& l. ſecundam. ff. quod cum eo. ſubdens idem eſſe ſi non habebant priuilegium prioritatis in actione perſonali, nec etiam hypothecam expreſſam, condictionem tamen habebant prætoriam, quia prius miſsi in poſſesſionem ex primo decreto,quia debent præferri.l.qui autem.§. ſciẽdum. ff.quæ in fraud.cred.

SVMMARIVM.

1 *Creditores poſſunt regreſſum habere contra emptores*

res bonorum rerum hæreditariarum uenditarum per hæredem cum beneficio inuentarii pro minori iuſto pretio.

1 QVid † ſi minori iuſto pretio emerunt, an emptores ſint tuti ne poſsint moleſtari a creditoribus? Breuiter dicas ꝙ non, teſte Alber. de Roſa.in dicta l.fin.§.etſi præfatam, colu. 1.per l.tertiam.C.de iure fiſci.lib.10.& l.primam,& ſecundam C.ſi prop.publ.penſita. & Corn.ibi in 4.util.ibi dum dicitur, ſi poteris uendere iuſto pretio.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres ſi ſoluit uni ex creditoribus, & alteri non, qui erat eiuſdem temporis, ille poterit agere contra eum cui ſatisfactum eſt, ut conſequatur partem ſuam ſi fuit diligens in petendo ut alter.*

1 SEd quid † ſi creditores ſint pares, an ſi per hæredem ſit ſatisfactum uni, & non alteri, poſsit habere regreſſum contra eum cui ſatisfactum eſt? Odofred.in l.fi.in §.etſi præfatam, in fi.C.de iure de lib.determinat ꝙ poterit aduocari pro parte, ut fiat communicatio, per l.ſi non expedierit,§. quid ergo. ff.de bon.auct.iud.poſ.ibi, aut communicādum, &c.
† tu tamen conclude cum † communi opinione, quæ habet ꝙ opinio de qua ſupra procedit & locum habet ſi uterque inſtabat ut ſibi ſatisfieret, & ſic uterque erat diligens, dicto.§. quid ergo. ſecus ſi ille cui ſatisfactum eſt, fuit diligens, & alius non, per l.pupillus ff.de his quæ in fraud.cred.ita Bal.in §.& ſi præfatam, in fi.ubi etiam Paul. de Caſtro in §. licentia, col.1.verſi.Item ſi non habebant, & Alex.in dicto §.

etſi præfatam,col.3. in fi.ubi aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Legatario uni primò uenienti ſi eſt ſatiſſactum per hęredem confecto inuentario, alius regreſum habere poterit contra primum pro rata.*

1 QVid autem † ſi uni legatario primò uenienti ſatiſſactum eſt per hæredem confecto inuentario, an alius legatarius habeat regreſſum pro rata contra primum? Paul.de Caſtro in l.fi in §.licētia.C.de iure delib. dicit primò dicēdum eſſe quòd non;quia ceſſat ratio de qua in dicto.§.cùm omnes prætendant cauſam lucratiuam, & ſic in pari cauſa potior uidetur conditio poſſidentis, & rerum l.ſi ſeruum §.ſequitur.ff.de uerb. oblig.Contrarium poſtea determinat. dicens quòd ſi bona non erant ſufficientia ad ſoluendum omnibus legatariis,quia fuerunt legata quatuorcentum, & in hæreditate non erant niſi tercentum, debebit fieri diminutio cuilibet legatario pro parte eius,quod ſibi relictū erat, & quòd ſi quibuſdam ſoluta eſt tota ſubſtantia, & integrá legata, & nihil remanſit penes hæredē quatenus eſt ſolutum ultra quam illas tangeret, indebitè fuit ſolutum; quia illud debebatur aliis qua de cauſa illis ſubuenitur per conditionem indebiti, ut in l.2.§.primo ff.de cond.indeb.ibi dum dicit,uel diminutionem. ſequitur Alexan.in dicta l.fin.§.etſi præfatam, colum.fina.in princip.uerſic.quid autem. inquiens. quòd licèt olim dicta condictio indebiti compareret hæredi, ut in dicta l.2.§.1.& ſic erat neceſſe quòd hæres cederet dictam condictionem alteri

teri legatario cui nihil erat ſolutum, per.l.quod de betur.ff.de pecul.hodie uerò inductum eſt per dictũ §.etſi præfatam, quòd recta uia abſque ceſſione poteſt intentari condictio indebiti.Idem uoluit Caſtren.in dicta.l.2.§.1.in fin.ubi inquit, ſingulariter eſſe menti tenendum dictum tex. quòd ſi in teſtamẽto ſunt facta legata, & etiam in codicillis, & bona non ſufficiant ad ſoluendum omnibus, hæres autẽ ignorans codicillos ſoluit integraliter legata in teſtamento relicta, ſi ueniunt poſtea legatarii codicillorum, & nihil ſupereſt, quod ei ſolui poſſit, quòd agi poteſt contra primos, ut concurrant cum ſecundis.quem etiam ibi ſequitur Alexã.Paul.de Caſtro in conſil.211.in fin ſecundum antiquã impreſſionẽ.

SVMMARIVM.

1 *Hęres qui confecto inuentario emit rem ab antiquiore creditore, non poteſt conueniri hypothecaria à poſterioribus.*

2 *Creditor antiquior excludit poſteriores.*

1 AN † hæres confecto inuentario ſi emit rem, à creditore anteriore poſſit conueniri hypothecaria à poſterioribus? Conclude vt per Bal. Sali.& Alex.in l.ſi paterna.C.de repud.hæred.quòd
2 non,†quia ius, quod ſibi ante acquiſiuit emendo ab anteriore creditore,qui cæteros excludebat.l.1.C.ſi antiquior credi conſeruatur. per aditionem factam cum beneficio inuentarii, iuxta.l.fi.§. in computatione.C.de iure deli.Item & tuebitur hæres ex eo quòd pretium rei conuertit in ſatisfactionem prioris creditoris,vt per Sali.vbi ſuprà per dictam.l.fi.§.ſi verò creditores.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hęres uſurarii, qui cauit de vſuris reſtituendis, confecto inuentario primis creditoribus uenientibus ſoluere poteſt, dummodò ſine dolo id faciat.*

1 AN † hæres uſurarij, qui cauit de reſtituendis uſuris, confecto inuentario poſſit ſoluere primis creditoribus uenientibus? Prima facie uideretur dicendum quòd non, ut not. Archidiac. in cap. non ſine. 14. quęſtione ſexta. ubi inquit; quòd ipſis ſolui non debet niſi præſtita cautione de reſtituẽdo; quia ſcit uel ſcire poteſt alios ſubeſſe, unde eſſet in dolo quoad alios, & ſic non haberet beneficium de quo in l. fina. C. de iure deliberan. ubi idem dicit ſi teſtator reliquiſſet certam quantitatem pro incertis & ablatis, & mouetur ex nota. in capitulo. quamquã de uſur. in ſexto cuius ſententiam amplectitur Pau. de Caſtro in l. fi. §. etſi præfatam, col. 2. verſi. vltimò ſcias. C. de iure delib. & Porcel. in trac. de inuent. capi. 4. nume. 5.

Sed contraria ſententia eſt de iure uerior, quam tenent Lap. & Dominic. in dicto c. quamquam, moti per tex. in dicta. l. fi. & ex ſcriptis per Hoſtię. in ſumma de teſta. §. ad quid ſi non ſufficit; ubi dicit, quòd ſi ſimul ueniunt creditores damnum paſſi & legatarij, primò debet ſolui creditoribus, ſecundò aliis ſecundũ ordinem ſed ſi ſeparatim, liberaretur hæres ſoluendo per ordinem cuilibet uenienti, dummodo in eo non ſit dolus; ibiq; idẽ tenet Franc. mentionẽ faciens de Archidiacono ubi ſuprà, referens idem tenuiſſe Ang. in diſputatione incipiente Miles Aſtenſis. quã partẽ uti etiam ueriorem amplectitur Alex. in d. §. etſi præfatam col. 3. in princ. uerſi. hoc tamen,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Executor datus per teſtatorem ad emendationem damnorum per eum datorum non poteſt ſoluere primò uenientibus ſine cautione.*

1 QVid † in executore dato per teſtatorem ad emẽdationem damnorum per eum datorum, an poſsit ſoluere primò uenientibus? Iacob. de Aret. ut refert. Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in tit. de inſtru. edit. in §. nunc uerò aliqua in glo. in uerbo obtinuit, & quem ſequitur, inquit ꝙ fatuus eſſet executor ſi ſolueret primò uenienti ſimpliciter uel ſine cautione, & eò fortius quando a teſtatore taxata fuerat certa ſumma pro emẽdatione & ſolutione debitorum, quia debet recipere cautionem de reſtituendo pro rata ſi hæreditas primo caſu uel ſumma taxata, ſecundo caſu non ſufficiat ad omnia ſicut fit quando dubitatur an falcidia locum habeat iuxta. l. primam circa principium ff. ſi pluſquam per l. falc. Diſcreti enim fideicommiſſarii uocari faciunt omnes dicentes ſibi deberi & illos deſcribi faciunt expreſsis quãtitatibus, quæ debentur, poſtea calculant talia credĩta cum hæreditate uel quantitate taxata, cum qua ſententia etiam pertranſit Alex. in l. ſi. §. etſi præfatã, col. 3. uerſic. quid in executore. C. de iure delib. poſt Caſtren. ibi per eum citatum.

SVMMARIVM.

1 *Actione regulariter confunduntur, quando creditor eſt hęres debitoris, fallit tamen ut hic.*

2 *Inuentarium conſtituit hęredem in eo gradu, & ſtatu, ac ſi hęreditatem non adiiſſet, quòad damnum*

num euitandum.

3 *Inuentarii confectio facit cenſeri hæreditatem iacentem.*

4 *Impoſſibile quod eſt naturaliter, non poteſt effici poſſibile authoritate legis.*

5 *Obligari nemo poteſt ſibi ipſi.*

6 *Hæres, qui hæreditatem adiuit cùm beneficio inuentarii, poteſt debitum ſuum à cæteris bonis hæreditariis ſeparare.*

7 *Hæres poteſt ſibi ipſi ſoluere.*

1 Decima eſt utilitas,† quia omnes actiones quæ competebant hæredi contra defunctum tanquã non confuſę poterunt per eum inuentari ex beneficio inuentarij, l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. licèt regulariter ſecus, quoniã quando creditor eſt hæres debitoris confunditur obligatio & actio. l. debitori, ubi not. omnes. C. de pac. Et ratio
2 eſt ſecundum docto. ibi, † quia inuentarium conſtituit hæredem in eo gradu & ſtatu ac ſi hærediatem non adiuiſſet quoad damnum uitandum; ita docto. ibi & ideo dixit Bal. ibi col. 2. uerſi. uenio ad oppoſi-
3 tiones, † quòd confectio inuentarii facit cenſeri hæreditatem iacentem, unde ſicut hæreditas iacens tenetur hæredi. l. ut debitum. C. de hęred. actio, ita etiã hęreditas adita cum inuentario tenetur hæredi quẽ ſequitur Iaſ. ibi col. 1. & Purpur. nu. 31. cum ſequen. Caſſane. in conſi. 22. col. 2. uerſic. Item ex doctrina. Duen. in reg. 18. in uerſic. ſecundò fallit. Iaſ. in conſi. 28. col. 2. vol. 3. Porcel. in tract. de inuent. c. 4. nu. 7.
4 Nec habet obſtare † quod id quod eſt naturaliter impoſsibile non poteſt effici poſsibile auctoritate legis

5 gis uel ſenatus.l.1.& 2.ff.de uſu.ea.re. † ſed impoſſibile eſt quòd quis ſit obligatus ſibi ipſi.l. Vrianus.ff. de fideiuſſ.glo.in l.frater a fratre. ff. de cond. indeb. ergo hæres non poteſt eſſe obligatus ſibi ipſi, licèt confecerit inuentarium.quia reſpondet Bald. in dicta.l.debitori,in 1.colu.quod hæres non eſt obligatus ſibi ipſi, ſed hæreditas eſt obligata hæredi, nam licet hæreditas non dicatur poſt aditam hæreditatẽ & perinde acſi hæreditas eſſet iacens, & licèt eius conditio reſpectu eius ꝙ ſibi debebatur à defuncto ſit par cum aliis creditoribus, ut per docto.in dicto §.in computatione, tamen reſpectu debiti ſui ac uirtute dicti beneficii inuentarii poterit implorare officium iudicis citatis creditoribus,& legatariis ut ſibi aſsignatur res pro eo, quod ſibi debetur,& ſic ſeparetur a cæteris bonis,ita Bal.in dicta.l. debitori, col.2.verſi.3.eſt notandum. C.de pac.ubi ſic formali

6 ter dicit. Pone † ꝙ hæres adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii,& vult ſeparari debitum ſuum a ceteris bonis hæreditariis, nunquid poſsit? dico quòd ſic,& implorabit officium iudicis ſuper ſeparatione bonorum citatis creditoribus & legatariis quorum intereſt, & hoc operatur uirtus inuentarii ut in l.fi.§.etſi præfatam. C. de iure delib. hoc enim petitur iure creditoris,non iure hæreditatis, & ideò fundat ſe per edictum de ſeparationem bonorum, quod inquti notandum quem ibi ſequitur Alexand. col.2.dicens ꝙ aliàs ita fecit obſeruare. Paul.de Caſtro in l. quoniam in prioribus, in fi.C.de inoff.teſta. Rui.in conſi.57.in fi.vol.2. iaſ.in conſi.28. col.2.vol. 3.Paris.in conſi.69.colu. penult.in fi.volum.2.Paul. de Caſtro in conſi. 211. circa finem ſecundum antiquam impreſsionem.Idem etiam tenuit Cur.Sen.in dicta.l.debitori.nu.12.& Dec.nu.17.Bal. in dicto.§.

in computatione, col.2.verſ.uenio ad oppoſitiones.
7 Hinc ſequitur ſecundū eum† ꝙ hæres poteſt ſibi ipſi ſoluere eligendo rē in qua uult ſibi eſſe ſolutū pro debito.arg.l.creditoris.ff.de diſtrac.pigno.l. Marcel lus.§.res.quæ ff.ad Trebel.Item quod ſi hæres de debito non habet inſtrumentum ſed teſtes, poteſt petere dari curatorem hæreditati ſi iaceret,quo curatore dato & aliis citandis poterit cū effectu petere teſtes recipi ad æternā rei memoriā, & ſic actio quædā inter hæredē & hæreditatē proponitur eſſe in facti exercitio licèt alibi proponitur ſolùmodò ipſo iure.l.ſi ei cui.§. ſi is,ubi actio quædā inter hęredē & hæreditatem proponitur.Caſſane.in conſi.22.col.4. ex quibus confunditur opinio Cy.Bart. Sali.& Rapha.in d.l.debitori,& Petri ac Cy. in l.in imponenda C.ad l.fal.volentiam ꝙ imò confecto inuentario extinguatur actio & obligatio ſubſtantialiter,ne idē apud eundem ſit debitor & creditor, & actio & paſſio cadant in eodem ſubiecto, quia illud eſt impoſſibile,& ideo confunditur,quia relatiua contraria requirunt duo extrema.l.Vranius, in princip. de fideiuſſo. licèt quòad effectum remaneat ſaluum ius debitum hæredi, ut in computatione hæreditatis debitorum & creditorum habeatur ratio debiti hæredis ſicut & aliorum prout loquitur tex.in l.fi.§. ſi uerò. de iure delib. quia intelligitur durare quantum ad effectum & computationem æris alieni,non quantū ad actionem,quia actio fuit extincta,quia in contrarium tenet glo.in dicta.l.debitori,& in l.in imponenda.C.ad l.fal.quam ſequitur Bal.& Paul. de Caſtro Alex.Anto.de Alex.& Mode.ibi in dicta.l.debitori. Bal.in l.ſi uxor.C.de bon.aucto.iud.poſ.& in l.in irritum.C.ad l.falc.quæ ſententia uidetur magis† cōmunis ſecundum Curt. Sen. ibi nu.21. quia quando

hæres

hæres conficit inuentarium repræſentat duas perſonas, ſuam uidelicèt, & defuncti teſtatoris; & ideo reſpectu perſonæ defuncti non dicitur ſibi ipſi debere, ſed hæreditatem ſibi debere. pro quo allegat text. in d. §. in computatione. quod ex alio etiã comprobatur; nam beneficium inuentarii iſtud inducit ne hæres in aliquo damno cõſtituatur. dicta l. fi. §. etſi præfatã. & ideo ſua actio fingitur non extincta cõfecto inuentario, ut uult Bart. in §. in computatione, uerſ. quæro quid ſi defunctus. & ſic quòad omnes effectus in quibus hæres poſſit aliqualiter damnificari prodeſt beneficium inuentarii. quam ſententiam tenẽt Iaſ. in dicto. §. in computatione col. 2. uerſi. redeo ad primam. Ang. in conſi. 209. colu. 2. uerſi. illud tamen quod dixi. Caſſan. in conſi. 21. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario de eo quod capit cauſa conditionis implendæ, non tenetur ſatisfacere creditoribus ſi illud datum fuit non vt hæredi, ſed ut extraneo.*

2 *Hæreditarium non dicitur id, quod ſoluitur hæredi vti extraneo gratia conditionis implendæ.*

1 AN † hæres de eo quod capit cauſa conditionis implendæ confecto inuentario teneatur creditoribus ſatisfacere? Imol. in l. ſeruum filii §. ſi idem. ff. de lega. 1. indiſtinctè uelle uidetur ꝙ de eo quod datur hæredi uti extraneo, ſatisfacere debeat creditoribus hæreditariis, cum beneficium inuentarii fuerit introductum ne hæres damnum patiatur, non ut lucretur. l. fin. de iure delib.

Sed ueritas eſt in contrarium quòd imò ſi hæres

non ut hæres. ſed tanquam extraneus aliquid capit cauſa conditionis implendæ, non tenetur de eo creditoribus ſatisfacere arg. l. ita tamen. §. qui ſuſpectã. ff. ad Treb. ſecus ſi illud acciperet ut hæres, ita Ang. ibi in d. §. ſi idẽ, ubi inquit hoc menti tenendũ. Paul. de Caſtro ibi col. 1. Alex. ẽ col. 1. & Iaſ. col. 2. Iterũ Alex. in d. §. qui ſuſpectã, col. 1. dũ ſe remittit ad ſcripta in d. §. ſi idem, quam deciſionem inquit notabilem Alex. in l. fi. §. etſi præfatã, col. fi. C. de iur. delib. Quibus ſtantibus non obſtant nota per Imo. quia reſpõdet Alex. ibi in d. §. ſi idem. col. 1. dicens ꝙ imò de eo non tenetur ſatisfacere creditoribus, ſed tantum de hæreditaria ſubſtantia; † quoniam id quod ſoluitur gratia conditionis implendæ hæredi uti extraneo, non dicitur quid hæreditariũ, ut probat text. in l. qui hæred. §. 1. de cond. demonſt. iuncto d. §. qui ſuſpectam. Nam hæres coactus adire à fideicommiſſario perdit omnia quæ conſequutus eſt tãquam hæres ut in allegato. §. qui ſuſpectãm, & tamen dicitur in dicta l. qui hæredi. §. 1. ꝙ non perdit id quod ſibi datum eſt cauſa conditionis implendę quando illud capit tanquam extraneus; quia teſtator legauit ſempronio ſi daret decem Titio, non autem dixit hæredi, ut intellexit illum text. Io. de Imol. in d. §. qui ſuſpectam, & Alex. ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor ſuccedens reo principali ſi facit inuentarium, illud prodeſt reſpectu creditorum. ſed contra nu. ſeq. & nu. 6 ſecundum communem.*

2 *Beneficium ciuile quod facit obligationem inutilem, non facit fideiuſſoris obligationem durare.*

3 *Fideiuſſor quotiens ſuccedit reo non efficaciter obli*

gato

gato, non confunditur actio.

4 *Diligentia obeſſe non debet.*

5 *Reus non dicitur efficaciter obligatus quando ſolue re non poteſt, quia inanis eſt actio.*

6 *Beneficium vni conceſſum, non debet ad alterius iniuriam extendi.*

1 QVæritur & quoq; † an fideiuſſor ſuccedens debitori qui eius hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarii, ſi poſtea hæreditas non appareat ſoluendo cenſeatur liberatus? Cy. in l. fi. §. in cōputatione. C. de iure delib. format hanc quæſtionē; & arguit primò ꝙ ſic, quia certum eſt ꝙ obligatio fideiuſſoris confunditur l. generaliter. ff. de fideiuſ. l. ſi duo. §. fi. ff. de ſolutio. et ſic ex illa non poteſt conueniri. item nec ex obligatione principalis rei; quia non eſt ſoluendo hæreditas, & ultra uires hæreditarias non tenetur propter beneficiū inuentarii, ut in

2 dicto. §. in cōputatione. item † quia beneficiū ciuile quod facit obligationē inutilē, non facit obligationē fideiuſſoris durare. l. Stichū. §. quod uulgò, ſecundū unū intellectū. ff. de ſolutio. ergo beneficium inuentarii quod facit nē hæres teneatur ultra vires hęreditarias non debet facere obligationē fideiuſſoris durare. Contrarium tamē determinat Cy. ꝙ ſit libe

3 ratus, quia † quoties reo ſuccedit fideiuſſor non obligato efficaciter, non confunditur actio. l. hæres. §. quod ſi. ff. de fideiuſſ. ſed ꝙ reus non ſit efficaciter obligatus, patēt ex quo non poteſt ſoluere, quia inanis eſt actio. l. nam is. ff. de dolo, ergo &c.

Item quia quantū ad obligationem fideiuſſoris

4 non nocet confectio inuentarii creditori † quia diligentia ſua ei obeſſe nō poteſt. l. debitor. ff. de ſepara.

Idem tenet ibi Alber.de Roſa. in prin.& in l.ſi duo.
5 nu.4.ff.de ſolutio.ubi dicit† ꝙ beneficium inuentarii prodeſt quòad obligationes hæreditarias,non quòad ſuam,aliàs creditor qui habuit fideiuſſorẽ, fortè aliàs non contracturus cum reo, circunuentus reperiretur ex inuentarii beneficio,quod eſſe non debet dicta.l.debitor,de ſepara.ubi idem uult Barto.poſt Dy.ibi per eum relatum,quia hoc cederet ad incommodum creditoris, cũ qua ſententia etiam ibi pertranſit Alber.de Roſa. Bar.in l.generaliter.ff.de fide iuſ.ubi ait,ꝙ licèt dicatur ꝙ actio ſit perempta cõfuſione,tamen ꝙ ſecundum Dy.dicitur confuſa in quã tũ põt conſequi ex bonis debitoris aliàs non, per l. hæres a debitore.§.ſi hic ſeruus.C.de fideiuſſ. & hoc ne beneficiũ fideiuſſoris in alterius præiudiciũ uertatur.l.nec auus.C.de emanc.libe.Idem tenent ibi Alber.de Roſa.Paul.de Caſtro Alex. in addit.ad Bart. & Ang.ubi inquit hoc menti tenendum.Bar.in l.Stichum.§.quod uulgò, in fi. ubi dicit obligationem fideiuſſoriã non extingui propter beneficium inuentarii, quia per hoc fieret conditio creditoris deterior,
6 quod eſſe non debet.Item† quia beneficium uni conceſſum,non debet ad alterius iniuriã extendi, quam partem etiam ibi ſequuntur Alber. de Roſa.colu.2. verſi.& ſecundnm hoc. Paul. de Caſtro col.1.Imol. col.fin.& Alex. ibi in addit. ad Ang. in dicta l.in §.è contrario in glo.in uer.contemplatione.Sal.in l.debitori,col.2.uerſi.ex his determinauit C.de pac.ubi etiam Caſtren.col.2.uerſi.ſed ſi iſta ratio Alex. col.2. uerſ.in ea ibi Iaſ.col.fi.in 3.limitat. Curt.Sen.nu.13. Dec.nu.21.in fi.& Cur.Iun.nu.16.Alber.in l.hæres. §. ſeruo tuo. ff. de fideiuſ.Angel. a Gambel.in trac. de teſta.glo.11 2.nu.19. Bald.in l.ſi uxor. C. de bon. aucto.iud.poſsid.Paris.in conſi.121.col.2.uol.1.Ita

que

† que cum iſta ſit † communis ab ea nullateñus eſt re-
cedendum.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſi caueatur quòd quis non poſſit venire contra inſtrumentum à ſe factum, nec eius hæres cum beneficio inuentarii, non poterit uenire contra. ſed communis eſt in contrarium, ut infrà nume.4.*

2 *Interpretatio debet fieri in ſtatutis vt verba aliquid operentur. declara ut in nu.16.*

3 *Statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

4 *Quod ampliatur locum habere in materia odioſa, & pœnali.*

5 *Verba ſtatuti debent interpretari ſecundum ius cõe, quantum ſit poſſibile, etiã uerba impropriando.*

6 *Et maximè quando quis damnum pateretur.*

7 *Statutum diſponens quòd victus uictori debeat in expenſis condemnari, debet intelligi, niſi victus iuſtam cauſam habuerit litigandi.*

8 *Statutum intelligi debet ne à ſapientibus reprehendatur.*

9 *Verba ſtatuti ita interpretanda ſunt ne contineant iniquitatem uel abſurditatem. in tantum quòd a verbis ipſius receditur, & a propria ſignificatione.*

10 *Statutum ſine ratione dicitur monſtrum.*

11 *Lex carens ratione eſt velut corpus ſine anima.*

12 *Verba ſtatuti Iudaicè non ſunt intelligenda.*

13 *Diſpoſitum illud habetur quod veriſimiliter fuiſſet ſtatutum, ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati.*

14 *Statutum non trahitur ad illicitum.*

15 *Executio inſtrumentorum non poteſt fieri contra hęredem, qui inuentarium confecit.*

16 *Statutum redditur potius ſuperfluum, nihilq; addere debet iuri communi, vbi quis per illum indebitè grauaretur.*

17 *Verba illa, in omnibus & per omnia, reſtringuntur ſecundum ius commune ne quis indebitè dãnum patiatur.*

18 *Statutum dicitur aliquid operari cùm ex eo oriatur conditio ex ſtatuto.*

19 *Statutum generaliter loquens debet reduci ad interpretationem iuris communis, vt minus ipſi iuri communi derogetur.*

20 *Statutum diſponens quòd proximiores admittantur ad ſucceſsionem, debet reduci ad intellectum iuris communis, & ſic quòd frater utrinque coniunctus præferatur fratri conſanguineo tantum.*

21 *Verba ſtatuti ubi generalia ſunt, ſi tamen ceſſet ratio, declarantur & reſtringuntur ne quis indebitè damnum patiatur.*

22 *Statutum excludens exceptionem etſi generaliter loquatur, tamen intelligitur niſi quis velit incontinenti probare.*

1 QVæritur etiam † an ſtante ſtatuto ꝙ quis non poſſit uenire contra inſtrumentum a ſe factũ, nec eius hæres, ſi defunctus fundum filii uendidit, quem poſtea hæredem inſtituit, & qui adiuit hære-

hæreditatem cum inuentario, poſſit fundum a patre uenditum ab emptore uendicare?

2 Prima facie dicendum uidetur ꝙ non, quia † in ſtatutis fieri debet interpretatio ut uerba aliquid operentur. l. ſi quando. ff. de lega. 1. Alex. in conſi. 24. nu. 14. vol. 2. Soc. Iun. in ꝯſi. 6. nu. 5. uo. 1. Dec. in conſ. 272. nu. 8. Paris. in conſi. 59. nu. 26. vol. 3. in conſi. 66. nu. 10. vol. 2. Dec. in conſ. 502. nu. 6. ſed ſi diceremus ꝙ huiuſmodi ſtatutum non habeat locum confecto inuentario, ſequeretur ꝙ nihil operaretur, cùm etiã ita a iure communi diſponatur, ne hæres ſentiat iacturam. l. fi. §. etſi præfatam. C. de iure delib. ergo &c. ne ergo reddatur ſuperfluum, quod eſſe non debet, Paris. in conſi. 49. nu. 53. vol. 1. dicendum uenit ꝙ dictum ſtatutum etiam habeat locum in hærede, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii Dec. in conſi. 466. nu. 55.

3 Secundò facit † nam ſtatutũ generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præſtan. Gazod. in conſi. 19. nu. 17. ubi etiam di
4 cit † hoc habere locum in materia odioſa & pœnali, glo. in cap. contra Chriſtianos, de hæret. in 6. Dec. in conſil. 451. nume. 5. ergo & de hærede qui confecit inuentarium; quia aliàs generaliter non intelligeretur.

Tertiò in terminis ita dixit Cy. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. & ibi Rayn. ubi mouetur; quia hæres ſciens tale ſtatutum, adeundo hæreditatem defuncti uidetur ſe obligaſſe dicto ſtatuto uolenti ꝙ hæres non poſsit uenire contra factum defuncti. arg. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred.

Quibus tamen non obſtantibus ſententia contra
† ria eſt de iure verior, & † communi omniũ recepta ꝙ imò hæres confecto inuentario quando hæreditas

non eſt ſoluendo, poteſt uenire contra factum defuncti & uendicare rem ſuam à patre uenditam. &
† moueor primò per† communem concluſionem quæ
5 habet, quòd † uerba ſtatuti debent interpretari ſecundum ius commune, quantum ſit poſsibile, ita quidem ut ea de cauſa liceat etiam uerba impropriare. tex. eſt ubi notant omnes in c. cum dilectus, de conſuet. Alex. in cõſ. 154. nu. 7. vol. 7. Cur. Sen. cõſ. 78. col. 6. Soc. iun. in conſi. 11. num. 12. uol. 1. & plenius in cõſi. 20. nu. 9. uolu. eo. Dec. in conſi. 451. nu. 5. Craue. in conſi. 179. n. 6. & Ceph. in conſi. 210 nu. 18. uolu. 2. &
6 † eò maximè quando quis indebitè damnum pateretur. Alex. in conſi. 50. nu. 12. uol. 1. 32. num. 7. uol. 7. & conſi. 5. nu. 5. uol. 6. ac in conſi. 2. nu. 3. uol. 4. Curt. Iunio. in conſi. 143. col. 1. cùm igitur hæc ſit approbata docto. ſententia, dicendum uidetur ut minus recedatur à iuris communis diſpoſitione, & ne indebitè hæres grauetur, ꝙ huiuſmodi ſtatutum debeat intelligi non confecto inuentario, ſecus ſi confecto, cùm tunc non recedatur à iuris communis diſpoſitione. & ideo ex hac ratione inquit Bal. in l. terminato. C.
7 de fruc. & lit. expen. quòd ſi ſtatutum diſponit † ꝙ uictus uictori debeat in expenſis condemnari, debet intelligi niſi uictus iuſtam cauſam litigandi habuerit. rurſus in l. eos. §. cautione. col. 2. in princ. C. de appel. per glo. in l. tripli. Inſtit. de actio. Alex. in l. properandum. §. ſiue autem alterutra, col. 2. C. de iud. & in l. fi. §. in computatione, ubi etiam Iaſ. col. penul. in fin. C. de iure delib. Curt. Iun. in conſi 143. colum. 1. in fi. & Bero. in conſi. 150. num. 28. uolu. 1. Dec. in conſi. 444. nu. 15.
8 Secundò facit † nam ſtatutum intelligi debet ne a ſapientibus repræhendatur. Bal. in conſi. 85. uol. 3. per l. Statuis Ariſto. ff. de lega. preſtan. Soci. in conſi.

63.col.5.vol.1.Soc.Iun.in conſ.1.nu.128.vol.3.& in conſi.122.nu.24.vol.eo.Ceph.in conſ.76.nu.89.146. nu.28.& in conſ.13.nu.12.ſed ambigui iuris non eſt, ꝙ ſi ſtatuentes ita intellexiſſent quod meritò digni eſſent repræhenſione, cum rationi non conueniat ꝙ quis indebite ſuo priuetur, prout eſt in caſu iſto, ſi tale ſtatutum extenderetur ad hæredem, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii, & ſic vſus fuit diligentia, quæ ei obeſſe non debet.

9 Tertiò ſtatuti † uerba ita interpretanda ſunt ne cõtineant iniquitatem uel abſurditatem, in tantum ꝙ hac de cauſa a uerbis ipſius recedendum eſt, & a propria ſignificatione Bart. in l. omnes populi. in 3. quæſt.6. quæſtionis princ. uerſi. Iuxta præmiſſa. ff. de iuſt.& iure. Alex. in conſi.85.col.3.vol.4. Soci. Iun. in conſi.9.nu.7.vol.1. Dec. in conſi.19.col.4. Sed cui dubium ꝙ ſi dictum ſtatutum haberet locum in hærede, qui inuentarium confecit, contineret iniquitatẽ uel abſurditatem, quia hæres cogeretur ſine ratione eſſe in damno & amittere ſuum, quod equidem ab omni iure exhorbitat, ut in l. fi. §. etſi præfatam. C. de iure delib. ubi omnes notant.

10 Quartò † ſtatutum ſine ratione dicitur monſtrũ, quia eſſet contra eius proprium & ſubſtantiam. §. erit autẽ lex, quarta diſtin. Curt. iunio. in conſi.150. nu.5. ſed dicere ꝙ dictum ſtatutum etiam ſibi locũ uendicet in hęrede, qui adiuit cum inuentario eſt cõtra omnem rationem, quia cum lucrum non conſequatur hæres a defuncto nec etiam conueniens eſt ꝙ cauſa ipſius patiatur damnum, ut notant communiter ſcriben. in dicta. l. fi. C. de iure delib. Vt igitur ceſſet hoc monſtrum, dicendum uenit ꝙ ſtatutum

11 prædictum locum non habeat in caſu præſenti † lex enim carens ratione eſt uelut corpus ſine anima. l.

cum

cum ratio, de bon.damn.ſoci.Iun.in conſi.1.nu.130.
uolum.1.

12 Quintò ſi hoc diceretur, ſequeretur ꝙ † uerba ipſius ſtatuti iudaicè intelligerentur, quod utique non eſt dicendum, glo.in l.damni.§.ſi quis qui ædes, in uerbo aliquiſ.ff.de dam.infec.l.ſi.cui.ff.de ſeruit. Bal.in l.quicunque. col.ante penult.C. de ſer.fugit. Alexan.in conſi.148.in fin.uol.6.& in conſi.139.nu. 5.uol.7.Ceph.in conſi.247.nu.48.uol.

13 Sextò † in ſtatutis conſiderandum eſt, ꝙ illa non ueniunt de quibus ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati ita ueriſimiliter reſpondiſſent glo.in l. tale pactum. §.ſi.ff.de pac.quæ quidem ſecundum doctor.ibi habet locum etiam in ſtatutis.Iaſ.in conſi.171.colu.2. vol. 4. ſed aliquis ſenſatus non eſſet ſi diceret quòd ſi conditores huius ſtatuti fuiſſent interrogati an eorum intentio eſſet extendere uerba ipſius ſtatuti ad hæredem adeuntem cum beneficio inuentarii, quòd
14 reſpondiſſent quod non, tanquam † quòd hoc contineret illicitum ad quod non trahitur ſtatutum generaliter loquens. Ruin. in conſil. 22. numer.7. volum.3.

Vltimò in terminis noſtris ita dixerunt gloſſ.Iac. de Beluis.Franc.Tigr.Bald. Bart.Ang.& Sal.Fulgo. Alber.de Roſ.Paul.de Caſtro Alex.Iaſ.& Corne.in d.l.ſi.§.in computatione Anch.& Imo.in c.1. de teſta.Bald.in l.cum a matre.C. de rei uend.& ideo in-
15 quit ibi Bar.practicari † ꝙ executio inſtrumentorũ non poteſt fieri contra hæredem, qui inuentarium confecit, ſubdens uerba formalia. Te ne menti rogo nec prodeſt mihi exclamare, quia teneas menti.

Supereſt modo vt diluantur, quæ in contrarium adducta fuerunt. Non obſtat igitur primum argumentum, quia reſpondetur illud non procedere

quoties

16 quo tiens indebite quis grauaretur, quia tunc † ſtatutum potius debet eſſe ſuperfluum & nihil addere debe t iuri communi;ita Iaſ.in l.iuſtitia.col.fi.verſ.3. & foi tius.ff.de iuſt.& iure. Dec.in conſi.445.nu.50. & in c onſi.356.col.2.verſi. non obſtat, ubi allegant
17 etiam Angel.in conſi.6.in fi.dicentem, ꝙ illa † verba, in omnibus & per omnia, reſtringuntur ſecundum ius commune, ne quis indebitè damnum patur.Iterum Dec.in conſi.37. in fin.colum.74.colum: fi.356.col.2.Rui.in conſi.59.nu.19.vol.3. & in conſi. 88.nu.7.volu.4.Alexan. in conſi.119.num.9.volum. 7. Cepha. in conſil. 247.nume.47. & 256.nume.19. ſed in terminis noſtris nulli dubium quòd indebite damnum hæres pateceretur, ut ſuprà dictum eſt, ergo &c.
18 Secundò reſpondetur ꝙ imò † ſtatutum in caſu de quo agitur, dicitur aliquid operari cum ſaltem ex eo oriatur conditio ex ſtatuto. Bar.in l.3.§. ſi ré, de leg.3.Bar.& alii in l.1.ff.ad l. falc.Iaſ.in d.l.iuſtitia, col.2.verſ.3.& fortius.Dec.in c.cauſamq; nu.7. de reſcrip.Alex.in l.ſi cum dotem in prin.col.fi.ff.ſolut.matr.Berol.in cõſ.150.nu.26.vol.1. Ceph.in cõſ. 104.nu.23.Soc.Iun.in conſi.131.nu.38.volum.1.

Non obſtat ſecundum argumentum, quia re-
19 ſpondetur,ꝙ etiam † ſtatutum generaliter loquens debet reduci ad interpretationem iuris communis, ut minus derogetur ipſi iuri communi. arg.l.ſi quando. C.de inoff teſtam. l.2. C.de noxa. pro qua opinione facit quod ſcribit Ancha.in c.1.nu. 14. quæſt.
20 princip. de conſtit. ubi dicit, quòd † ſtante ſtatuto quòd proximiores admittantur ad ſucceſsionem, ſtatutum debet reduci ad intelligentiam iuris communis. & ideo infert quod frater utrinque coniunctus debet præferri fratri conſanguineo tãtum,quẽ ſequi-

ſequitur Dec. in conſi.444.nume.15.& in conſi.484. col.2.Soc. iun. in conſi.1.nu.131.uolu.1. ubi inquit,
21 ꝙ † ubi uerba ſtatuti generalia ſunt, ſi tamen ceſſet ratio, declarantur & reſtringuntur ne quis indebitè damnum patiatur. l.adigere.§. quamuis,de iure patro.quem tex. allegat Bart. ponens hanc doctrinam in l.omnes populi,in 2.q.6. quæſtionis prin. de iuſt.
22 & iure.Hinc uidemus ꝙ † ſtatutum excludens exceptionem, etſi loquatur generaliter,tamen intelligitur niſi quis incontinenti uelit probare. Abb.in c.ſuſcitata,in gloſſ.1. de in integr.reſtitu.Dec.in c.an ſit col.2.verſi.ꝙ facit de appel. Dec. in conſi.424.nu.6. Ceph.in conſ.4.nu.18.volu.1 tem ſtatutum generaliter loquens non debet trahi ad illicitũ,ut per Ruin. in dicto conſi.22.nu.7.vol.3.

Vltimò non obſtat quod Cy. & Rui. teneant oppoſitum, quia omnis ſchola ſcribentium eſt contra eos, adeò ꝙ cum peſſime loquãtur, in dictis eorum nullum penitus fundamentum fieri debet.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium pupilli ſecundum Bart.non prodeſt ſubſtituto pupillari,ſed declara ut in nu.ſequenti.*

2 *Beneficium inuentarii cum ſit in rem ſcriptum, tranſmittitur ad hæredes.*

1 INuentarium † pupilli utrum proſit ſubſtituto pupillari? Bart.in l. in ratione, la 1.§. quod uulgò, col.3.in princ. uerſi. uenio ad quæſtionem ff.ad l. fal cid.tenet ꝙ non; quia diuerſæ ſunt hæreditates, cum quo concordat Porcel.in tract. de inuent. c.2. nu.18.Alex.in l.Centurio, col.12.uerſ. & ex hoc patet,ubi etiam Ang.ibi ff.de uulga.& pupil. quod ait notandum;

notandum. idem Bart. in auth. ſed cum teſtator, in fi. C. ad l. fal. dum ſe remittit ad dicta per eum in dicto. §. in ratione. Tu autem teneas ꝙ imo prodeſt quatenus conuenitur. ex facto &c. reſpectu patris &
a paternæ hæreditatis, quia † beneficium inuentarii tranſmittitur per hæredem in ſuos ſucceſſores, cum ſit in rem ſcriptum, nec poſſit aſſignari aliqua ratio, cur non tranſmittatur, ergo &c. arg. l. hæredem, de reg. iur. ſed quatenus conuenitur tãquam nouus hæres pupilli ad legata uel fideicommiſſa relicta in ſecundis tabulis uel a creditoribus pupilli non paternis, tunc inuentarium non prodeſt ſubſtitutio pupillari, ſed requiritur nouũ inuentarium ac ſi pupillus maior factus ſibi feciſſet teſtamentum, de noua hæreditate enim tractatur, & de nouis bonis. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pupil. ita Bal. in l. fi. §. cum igitur, col. 5. uerſic. Item nunquid inuentarium. C. de iure delib. rurſus in l. filium quem habentem. col. fi. uerſic. ſed iuxta hoc quæro. C. fam. erciſ. & in l. 1. C. de bon. aucto. iud. poſ. quem ſequitur Alex. in dicta l. in ratione. §. quod uulgò, col. 10. circa fin. uerſi. quæro hic Bar. ſal. in dicta l. 1. Vital. in tracta. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confect. pend. col. 19. in princ. uerſi. item ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confectum ab inſtituto qui aduerſus immiſſionem fuit reſtitutus, non prodeſt ſubſtituto uulgari, ſed contra nu. 3.*

2 *Reſtitutio aduerſus aditionem hæreditatis operatur ac ſi adita non fuiſſet.*

3 *Subſtitutus uulgaris confecto inuentario per hæredem, qui reſtitutus fuit aduerſus aditionem hæreditatis,*

ditatis, aliud inuentarium facere non poteſt, cum tranſeant in eum acta iudicii.

4 *Beneficium inuentarii dicitur beneficium cohærens obligationi, & non perſonę.*

5 *Beneficium inuentarii tranſmittitur ad hæredem uel ceſſionarium.*

1 VLterius quæro † inſtitutus in primo gradu fecit inuentarium, poſtea aduerſus aditionem uel immiſtionem fuit reſtitutus, an illud inuētarium proficiat ſubſtituto uulgariter? Bar. in l. in ratione, la 1. §. quod uulgo, col. 3. uerſic. ulterius quæro. ff. ad l. fal. relinquit hoc ſub dubio. ſed Io. de Imo.
2 ibi tenet quòd non proſit † quia per reſtitutionem habetur perinde ac ſi non adiuiſſet, & in conſequentiam ac ſi non feciſſet inuentarium, per l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. Nec obſtat lex. in integrum. ff. de mino. ubi remanent ſalua interim geſta, quia illud uerum quòad ea quæ concernunt adminiſtrationem ipſius hæreditatis, non fauorem inſtituti. Sed contrarium concludit Bal. in l. fi. §. cum igitur col. 5. in fi. in uerſi. quæro nunquid, C. de iure de-
3 lib. † quòd imò proſit, quinimo ſi uellet aliud inuētarium facere, non uidetur quod poſſit, cum tranſeant in ipſum acta iudicii. l. ex contractu. ff. de re iud. dumodo tamen ſint facta bona fide. l. ſi minor. ff. de acqui. hæred. & ſententiam Bal. uti ueriorem & æquiorem ſequitur Alex. in dict. §. quod uulgo, col.
4 11. in princ. quia † illud beneficium inuentarii dicitur beneficium, cohærens obligationi, & non perſonæ ut inquit Bal. in l. filium quem habentem, col. penult. uerſicu. adhuc quærit. C. fam. ercis. & probatur ſecundum eum quia ſi eſſet beneficiū cohærens

perſonæ non tranſmitteretur ad hæredes nec in ceſſionarium.l.1.C.de priuil.doc.l. ex pluribus.ff.de ad mi.tuto. † & tamen tranſit etiam ſine ceſſione, ut ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſubſtituti debet continere omnia bona quæ erant tempore mortis teſtatoris, & pupilli.*

1 SVbſtitutus † quando facit inuentarium quæ bona in eo ponere debet, uel quæ erant tempore mortis teſtatoris uel pupilli? Conclude cũ Bar. in l.in ratione, il 1.§.quod uulgò, col.3.uerſi.quando ſubſtitutus.ff.ad l.fal.quòd omnia bona debet ponere, quia ſi unum relinqueret quod non poneret, priuaretur tota falcidia ſecundum quoſdam ut in §.ſancimus, in authen.de hæred.& fal.licèt aliud de iure.C.l.fi.§.illo.C.de iure delib.& inquit ibi Barto. quòd licèt per illum text. uideretur dicẽdum quòd tempus mortis teſtatoris inſpicitur, quod credit uerum eſſe, ꝙ quantum ad legatarios pupilli ſufficeret, ſed non quantum ad creditores pupilli, & cum Bart.tranſit Porcel.in trac.de inuent.c.2. nu.20.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium factum ab inſtituto ſub conditione, qui ea pendente petiit bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas, ſufficit exiſtente conditione.*

1 INſtitutus† ſub conditione ſi ea pendẽte petit bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas, & facit inuentarium, an ſibi ſufficiat ſi poſtea extat con

ditio? Reſponde quòd ſic, ſecundum Bart. in l.in ratione.la 1.ꝙ uulgo, col.3.uerſ.quæro aliquis inſtitutus.ff.ad l.fal.quia illa bonorum poſſeſſio ſecundũ tabulas, quam petit, conuertitur in legitimam acceptatione exiſtente conditione.l.2.§.ſi ſub conditione ff.de bono.poſ.ſecundũ tab.Porcel.in tractat. de inuent.c.2.nu.21.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium confectum per hęredem non prodeſt fideicommiſſario, cui fuit reſtituta hæreditas ſine ceſsione. ſed contra in nu. ſequenti & declara ut in nu.3.& 4.*

2 *Ceſsio licèt requiratur quando tractatur de actione quæſita & facto hęredis, ſecus tamen quando de exceptione quærenda.*

3 *Ius excipiendi tranſit etiam in non ceſſum.*

4 *Hæres tenetur fideicõmiſſarium loco ſui ſubrogare.*

1 QVid ſi hæres confecit inuentarium, qui exinde reſtituit hæreditatem fideicommiſsario, an ſibi proſit inuentarium. Iſtam quæſtionem ponit Bart. in l.in ratione.§.quod uulgò, col.3.uerſicu. quæro hæres facit inuentarium.ff. ad l.falc. & ibi tenet ꝙ non, niſi ſibi cedatur, ut in l.ſi hæres pecuniã. ff.ad Trebel.l.a debitore, in princ.de fideicom.Spec. in titu. de inſtru.edit.§.fi.uerſ.quid ſi hæres rogatus. ubi etiam Ioan.And.in addit.Iacob. de Beluiſ. in §. hinc nobis, in 12.quęſt.in auth. de hæred.& falc.ubi refert ita etiam tenere Lamber. de Rampo. Cyn. & Ricard.ut refert Bal.in auth.ſed cùm teſtator, col.2. uerſi.quæro utrum, C.ad l.falc.Ange.in l.1.§.hæc ſtipulatio,

pulatione,co.3.uerſ.etſi dominus hæres.ff.ſi pluſquã per l.falcid. Io.Fabri in §.extraneis, inſtit.de hæred. qual.& differen.

Sed contrarium tenet Io.de Imo.in dicto.§.quod uulgo,ubi ſequitur dominum ſuum Io. de Canitulo dicentem quod etiam ſine ceſsione tranſit; quia
2 † licèt quando tractatur de actione quęſita ex facto hæredis requiratur ceſsio ut in dicta. l.ſi hæres,tamẽ ſecus eſt quando tractatur de exceptione quærenda l.reſcriptũm.§.ſi.cum l. ſequenti de pac. & per text. in ſpecifica materia in l. ſicut. §. 1. cum ibi nota. per Bar.ff.quib.mod.pign.uel hypo. ſoluitur, quam ſententiam quoque tenet Bal. in dicta auth. ſed cum te ſtator,col.2.in uerſi.quæro utrum,ubi dicit ꝙ non re
3 quiritur ceſsio, † quia ius excipiendi tranſit etiam in non ceſſum.l. etiã de iureiur. uerſus in l.fi.§. cum igitur col.5.de iure delib.in uerſ.nec prodeſt inuentarium, ubi inquit ꝙ iura tacite intelligitur cedere
4 hæres in conſequentia reſtitutionis † nam hæres tenetur fideicommiſſarium loco ſui ſubrogare. l. qui quadringenta.ff.ad Trebel. ſicut ſi uenderet alicui hęreditatem,quia uidetur omne ius ſuum transferre,præſertim ius excipiendi.arg. l.ſi tibi.§ ſi cũ poſſeſſor.ff.de pac.Nec obſtat dicta lex ſi hęres,quia aliud eſt inuentarium facere, quod eſt conſequutiuũ aditionis,aliud ſeparari,quod eſt omnino ſeparatũ, licèt ergo beneficiũ inuẽtarii ſit ipſius hæreditatis, tamen actiones quæ trãſeunt ex treb. iã modificate per inuentariũ nõ poſſunt transferri, niſi uti ſunt cũ ſua cauſa.l. apud Celſum §. ſi cũ libera.ff.de excep. doli.Iterũ in l.filiũ quem habentẽ,col. pen.uerſ.ad huc quęritur.C.fam.erciſ.Io. de Imo.in d.l.1.§.hæc ſtipulatio,col.3.verſi. Item adde Roma. in authent. ſimiliter.C.ad l.falc.& in l.ſi is. §. qui quadringenta

ff.ad Trebel. Alex.in d. §. quod uulgò,col.11.uerſ. ſeptimò quæro, ubi inquit huiuſmodi ſententiam ſibi placere quoad effectum exceptionis. ſecus quò ad effectum actionis,ut puta ſi res legata erat apud legatarium tempore teſtaméti, & ſic oportebat pro falcidia agere,quia tunc procedit opinio Bart. Porcel.in trac.de inuent.c.2.nu.22.Vital.in tract.clauſ. in verbo Nil nouari inuent. confec.penden.col.21. uerſi.& dicit idem Bal.& hanc eſſe magis†commu-
6 nem dicit Alex.in l.Centurio,col.12.uerſi & ex hoc ff.de uulg.& pupil. ubi dicit Bar.qui tenuit contrarium malè loquutum fuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium tutoris non prodeſt pupillo hęredi.*

2 *Inuentarium tutoris differt ab inuentario hęredis in forma, cauſa & effectu. & nu.4.& 5.*

3 *Tutor antequam conficiat inuentarium tutelare, non poteſt bona pupilli adminiſtrare.*

4 *Inuentarium tutoris fit ſub nomine proprio, inuentarium verò hęredis ſub nomine alieno.*

5 *Inuentarium tutoris habens omnia requiſita in confectione inuentarii hęredis prodeſt pupillo hęredi,ſi ei non eſt nociuum, aliàs ſecus.*

1 INuentarium†tutoris cōfectum a tutore pupilli, cui delata eſt hæreditas ſi in eo deſcripta ſint bona hæreditatis an proſit pupillo, adeo ꝙ habeatur pro inuentario hæredis? Bar.in l.in ratione,la 1. §.quod uulgo,col.3.uerſi.quæro tutor.ff.ad l.falc.tenet ꝙ non,quia alia ſolemnitas requiritur in confectione inuentarii ab hærede, quàm illa quæ requiri

tur in confectione inuẽtarii a tutore, quæ ſolẽnitas inuentarii ab hærede ponitur in l.fi.C.de iure delib. coniuncta auth.ſed cũ teſtator. C.ad l.fal.& ideo ratione dictæ differentiæ hæredi non prodeſt inuentarium tutoris, cum non habeat illas ſolemnitates. Idem uoluerunt ibi Nicol.de Neap.& Alex. in col. 11.uerſ.circa ſextam quæſtionem.Bal.in l.fi.§. cum igitur col.6.uerſi.ex quo patet.C. de iure delib.quẽ ſequitur Vital. in trac. clauſ.in uerbo nil nouari inuent.confec.pend.col.19.in fi.uerſ.ex quo patet,ubi ait ꝙ inuentariũ hæredis multum diſcrepat ab inuẽtario tutoris, quod fit ex ſe ipſo pro cõſequenda adminiſtratione tutelæ, ſed an proſit pupillo ut ſic cedat pro duplici inuentario tutoris & hæredis eſt dicendum ꝙ non,quia † talia inuentaria differũt in cau
2 ſa, in forma & in effectu.Porcel.in trac. de inuẽ.c.2. nu.21.verſi.undecimo quæro.Idem tenuit Bald.in l. filiũ quem habentem,col.fi. ubi plus uoluit ꝙ etiam ſi inuentarium tutoris haberet ſolemnitates quæ requiruntur in inuentario hæredis, non ſufficeret pro
3 inuentario hæredis † quia antequam tutor confecerit inuentarium tutelare,non poteſt adminiſtrare bona pupilli.l.tutor qui repertorium . ff. de admi.tuto. &
4 quia † inuentarium tutoris fit ſub nomine proprio & alterum hæredis ſub nomine alieno, ergo eſt impoſsibile quod iſtud ſit unum ſubdens ita conſuluiſ-
5 ſe. Sed tu teneas contrarium, ꝙ imo † ſi inuentariũ tutoris eſt factum cum omnibus ſolemnitatibus, quæ requiruntur in inuentario hæredis, uidelicet ꝙ ſi tutor fecerit citare creditores, & legatarios & alia fecerit, quæ de ſubſtantia requiruntur in dicto inuentario hæredis,illud proderit hæredi, ut noluerunt Barto. & Alexand. in dicto. §. quod uulgo. Porcel. ubi ſuprà, & Bald. Nicel. in dicto.§. cum

igitur. Quam tamen ſententiam tempera procedere ubi euidenter conſtaret quod dicta cõfectio non eſſet nociua hæredi, aliàs ſecus, ut declarat Alexã. in dicto. §. quod uulgo, col. 11. dicto uerſiculo, circa ſextam quæſtionem.

SUMMARIUM.

1 *Inuentarium ceſſionarii prodeſt hęredi, ſed contra nume ſequen.*

2 *Beneficium inuentarii conficiendi conceditur. hæredi ut hęredi, & ideo non eſt ceſſibile.*

3 *Beneficium conficiendi inuentarium eſt perſonale, & ideo non ceſſibile, cùm eius perſonam non egrediatur.*

4 *Beneficium inuentarii conficiendi non eſt ceſſibile uiuo hærede.*

5 *Ius eligendi vel eius poteſtas in alternatiuis non tranſit ceſſionarium viuo creditore.*

6 *Hęres ſi decedit antequam factum fuerit inuentariũ tempus illud conficiendi tranſit in hæredem.*

1 INuentarii † ceſſionari an proſit hæredi? Prima facie uideretur dicendum quòd ſic argu. l. in ratione, il 2. §. quod uulgò. ff. ad l. fal. ubi inuentarium ſubſtituti uel fideicommiſſarii prodeſt hæredi.

2 Sed contrarium eſt uerius, quoniam † benefictũ conficiendi inuentarium eſt conceſſum hæredi ut hæredi, & illud habet ex ſui prouiſione; ideo non eſt ceſſibile niſi primò ſit factum tranſmiſibile, cùm illud conſequatur ex perſona ſua, & non inuenitur in ſua hæreditate. & illa quæ habet hęres ex ſua prouiſione, non tranſeunt in fideicommiſſarium neque emptorem, ſed opus eſt noua ceſſione. l. ſi hæres pe

cuniarii

cuniarii.ff.ad Treb.l.hæres à debitore.ff.de fideiuſſo Spec.in tit.de inſtru.edit.§ uerſi.quid ſi hæres.Bart. in dicto.§.quod uulgò,in.7.quæſtione.

3 Vlterius hoc priuilegiũ,†qđ cõceditur hæredi ſup cõfectione inuentarii datur ut hęredi,& ſic eſt merè pſonale,& iõ non ceſſibile,cũ pſonã eius nõ egrediatur.l.ex pluribus, ubi Bart.ff.de admi.tuto.Iaſ.in l. quominus.nu.202. de flum. nam in electione hæredis eſt an uelit conficere inuentarium uel non, & illi ſoli conceditur cum modis & conditionibus de quibus in l.fi.C.de iure delib. in princip. & in §.etſi

4 præfatam † nam hoc ius conficiendi inuentarium non eſt ceſſibile uiuo hærede ſicut.ius eligendi, uel

5 eius poteſtas † in alternatiuis non tranſit in ceſſionarium uiuo creditore;quia talis poteſtas principalis eſt, ut not.in l.ſi ſit legatum.§.ſi quis ita, de lega.1. & Iaſ.ubi ſuprà.ſed ſi factum fuiſſet inuentarium,& poſtea uendita uel ceſſa hæreditas cum beneficio inuentarii admittitur, quòd iſtud ius quæſitum hæredi eſt ceſſibile, ſed ante confectum inuentarium nõ uiuo hærede;quia ipſe ſolus eſt qui poſſit illud conficere, cùm ui dictum fuit, illud concedatur hæredi ut hæredi, & ex perſona hæredis.

6 Dicitur tamẽ ꝗ ſi hæres ante decederet quã factũ fuerit inuentariũ ꝗ tẽpus cõficiendi inuentariũ trãſit in hæredẽ hæredis ſicut ius eligẽdi, & deinde efficeretur ceſſibile; qꝛ iã factũ tranſmiſſibile, & ideo ceſsibile.ita Bar. in d.l.ſi ſic leg.tũ.§.ſi qs ita.Calca. in conſi.18.col.fina. ubi ait quòd poteſtas eligendi non tranſit in ceſſionarium uiuo creditore, ſed eo mortuo tranſit ad hæredem, qui præſumitur. ſcire uore uoluntatẽ defuncti.l.ſi qs à filio.§. ſi qs.plures. de lega.1. & ſic poſtꝗ trãſiuit in hæredẽ cæpit eſſe illa poteſtas ceſſibilis;ideo trãſit in ceſſionariũ,ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Nouum inuentarium conficere non debet hæres cui aucta eſt portio alterius cohęredis repudiata, ſi ipſe fecit inuētarium in quo deſcripſit omnes res existentes in hæreditate.*

1 Pone duo ſunt hæredes, vnus adiuit hæreditatē, & fecit inuentarium, in quo deſcripſit omnes res pro parte dimidia pro indiuiſo; poſtea per cohæredem fuit repudiata pars ſua, quæ accreuit adeunti, an ſit neceſſe quòd de nouo fiat inuentarium pro portione aucta? hanc quæſtionem decidit Bal. in l. filium quē habentem, col. fi. C. de fam. erciſ. ubi dicit ꝙ ſi ex primo inuentario apparet ueritas omnium rerum in hæreditate exiſtentium, ſicut ipſo iure augetur portio, ita ipſo iure augetur inuentarium: ſicut enim non eſt neceſſaria noua additio hæreditatis, ita non uidetur neceſſarium nouum inuentarium, cuius dies incipit cedere ab adita hæreditate, ut in l. fi. § fin autem dubius, coniuncta, l. quidam eulogio. C. de iure delib. quod eſt ęquum, cùm ex hoc appareat ceſſare fraudem præſumptam in occultatione rerum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio inuentarii non poteſt contrauenire alienationi feudi merè hæreditarii factę per uaſallum.*

2 *Feudum merè hęreditarium dicitur quando eſt conceſſum alicui pro ſe & hęredibus quibuſcunque, & ſic quādo tranſit ad hęredes etiam extraneos.*

3 Feudum

3 Feudum conceſſum pro ſe, & hęredibus quibuſcunque nedum includit tria genera heredum de quibus inſtit. de hęred. qual. & differ. ſed etiam legatarium.

4 Legatarius in re legata dicitur quodámodo hęres.

5 Feudum quando eſt conceſſum pro ſe, & hęredibus quibuſcunque, ueniunt etiam extranei, licet inſtituti cum filiis uel in re certa.

6 Feudi alienationi contrauenire non poteſt hęres cũ cautela inuentarii, ſi feudum eſt conceſſum alicui pro ſe hęredibus & quibus dederit.

7 Paria ſunt quòd feudũ alicui cõcedatur pro ſe & hęredibus quibuſcũq; ,uel pro ſe & quibus dederit.

8 Feudi alienationi non poteſt quis contrauenire hęres cum beneficio inuentarii quando eſt conceſſum cum clauſula, & quibus iura tua concedere uolueris.

9 Vel ſi dictum ſit, aut habituris cauſam ab eo.

10 De feudo conceſſo cum clauſulis ſupradictis idem iudicandum eſt vt de re merè hæreditaria.

11 Feudum conceſſum pro ſe, & hęredibus quibuſcunque, vel cum clauſula, & quibus dederit, uel & quibus iura tua concedere volueris, vel habituris cauſam ab eo, poteſt uendi.

12 Feudum merè hæreditarium poteſt alienari ſine cõſenſu domini.

13 Feudum merè hęreditarium venit in reſtitutione fideicommiſſi.

14 Feudum merę hęreditarium uenit in publicatione bonorum.

15 Feudi

15 *Feudi alienationi contrauenire poteſt hæres cum beneficio inuentarii, quando feudum eſt ex pacto & prouidentia.*

16 *Feudum conceſſum pro ſe & filiis, uel liberis, & quòd tranſit ad liberos, vt liberos, etiam quòd non ſint hæredes dicitur ex pacto & prouidentia.*

17 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis, ſecundum communem dicitur ex pacto, & prouidentia.*

18 *Feudum conceſſum pro ſe & legitimis hæredibus, dicitur ex pacto & prouidentia.*

19 *Feudum ſuſceptum pro ſe, & ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, eſt ex pacto, & prouidentia.*

20 *Pater in feudo quod ad eum peruenit ex pacto, & prouidentia, non poteſt filiis ſuis hæredibus cum beneficio inuentarii præiudicare niſi quatenus ui res hæreditatis ſe extendunt.*

21 *Hæres cum beneficio inuentarii poteſt contrauenire alienationi factę de feudo ſimpliciter hæreditario. ſed contra ut infrà.*

22 *Feudum hæreditarium ſecũdum communem dicitur conceſſum pro ſe & hęredibus.*

23 *Feudum ſimpliciter pro ſe conceſſum hæreditarium dicitur.*

24 *Item & quando pro ſe & ſuis.*

25 *Agnati non admittuntur in feudo hęreditario niſi ſint hæredes.*

26 *Beneficium inuentarii conſeruat hęredi omnia iura, perinde acſi hęreditatem non adiuiſſet.*

27 *In-*

27 *Inuentarii confectio facit cenſeri hęreditatem iacentem.*

28 *Hęres in re hęreditaria non plus poteſt quàm defunctus potuiſſet ſe uiueret.*

29 *Hęres qui adiuit hęreditatem cum beneficio inuentarii tenetur ſatisfacere creditoribus hæreditariis de commoditatibus feudi hęreditarii.*

1 NVnquid † hæres, qui cum cautela inuentarii adiuit hæreditatem uaſalli poſſit contrauenire alienationi per eum factæ? Dubitatio iſta ardua eſt, in qua ut prefecta ueritas habeatur, puto ſic diſtinguendum eſſe. quòd ſi quærimus an poſſit contrauenire alienationi feudi merè hæreditarii q̄
2 non, ui quando † feudum eſſet conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcunque, & quod tranſit ad quoſcunque hæredis extraneos per doctrinam Bal. in l. 1. q. 35. de rer. diuiſ. & in c. Imperialem, in princ. de
3 prohi. feud. alie. per Feder. ubi dicit † quòd ſub tali conceſſione nedum includuntur tria genera hæredum, de quibus inſtit. de hæred. qualit. & differ. ſed
4 etiam † & legatarius, qui in re legata dicitur quodammodo hæres. l. id tempus §. 1. de uſucap. Pariſ. in conſi. 2. nu. 19. vol. 1. Bero. in conſi. 67. nu. 57. vol.
5 1. Rui. in conſi. 16. nu. 5. vol. 1. ubi ait, quòd † quando feudum conceditur alicui pro ſe & hæredibus quibuſcunque, ueniunt & extranei, licèt inſtitute cum filiis uel in re certa. & in conſi. 8. nu. 6. vol. 5. Crot. in
6 conſi. 136. nu. 51. quæ quidem ſententiam † communiter ab omnibus approbatur, ut per Curt. Iunio. in conſi. 1. col. 2. in princ. quia per dictum uerbum quibuſcunque alteratur natura ipſius feudi iuxta text. notabilem in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. &

in conſi.4.colum.fi.Rub. Alexan.in l. Gallus.§. quidam rectè.nume.198.ff.de liber.& poſthum.Soci.in conſi.10.colum.1.inter conſilia.Bru.Ripa in l.ex facto.§.ſi quis.ita,ad Trebel. & in l.quæſitum §.ſi quis. ff.de priuil.cred.Socin.Iunio.in conſil.103.num.28. volum.2.dixi in conſil.3.nume.65.volum.1.& 42.nume.13.volum.eo.& quam creditorem dixerunt Paris.in conſil.71.nume.42.volum.3.8.colum.3.vol.1. Soc.Iunio.in conſi.72.nume.22.volum.1. conſi.112. colum.3.vol.eo.& in conſi.42.col.1.uol.3. Cur.Iun. in conſi.183.col.fi.Clarus in §. feudum,quæſtio.49. quam & ego ſequutus ſum in conſi. 96.nu.36.vol.1. & 79.nu.29.vol.2.

6 Vel & ſecundò quando † acquiſitum fuiſſet pro ſe, & hæredibus, & quibus dederit, iuxta dictum c.primum de feud. non hab. propr. nat.feud. Curt. in dicto conſ.1.colum.1. & in conſi.4.colu.2.ubi in-
† quit hanc eſſe † communem, & in conſi. 108.colu. 5.Bero.in conſi.101. nume.4.volum.2.ſcripſi in alle
7 gato conſi.42. nume.10.& 79. nume.20.vol.2.†nam a pari procedunt quod feudum ſit conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcunque,uel pro ſe & quibus dederit. Curt. Iun.in conſil. 4.colu.2.Paris.in conſil.3. col.3. in fin. uolum.1. Rub. Alexand.in l. Gallus. §. quidam rectè.numer.200.de lib. & poſthum. Afflic. in c.1.§ donare,qual. feud. pote.olim alien. Bero.in conſi.130.nume.31. volum.2. dixi in conſiliis ſupracitatis 542. & 79.numer.20. ac etiam in aliis locis.

8 Item & 3. ſi † conceſſum ſit tibi & quibus iura tua concedere volueris. Paris.in conſi.23.nume.41.uolum.1.Gozad. in conſi.4.nume.8. Campeg.in conſil. 11.columm.2. inter conſilia. Brun. Iacob. de ſancto Georg. in inueſtitu. ſua in uerſic. Ita etiam ꝙ ipſi. Curt.Iun.in trac.feud. in 5.part.uerſ.quintò quæro

uel

uel cum clauſula uel quibus relinquere uelit. Bald. in conſi.207.vol.2.Rui.in conſi.107.col.3.uol.3.Aut
9 † ſi in conceſsione ſit dictum, aut habiturus cauſam ab eo.Campeg.ubi ſuprà Cur.Iun.in d.conſ.1.col.2. Rui.in conſi.39.nu.4.vol.1.Craue.in conſil.84.nu. 11. & 92.col.3.circa fi.Bru.conſi.39.col.2. & Bero.
10 in conſil.65.nu.75.uolu.1.ubi dicunt ꝙ † iſta uerba æquipollent uerbis & quibus dederis,& ꝙ non poteſt hæres ſtante confectione inuentarii contrauenire alienationi factæ de feudo, cùm de illo iudicetur
11 ut de re merè hæreditaria,quod patet,nam † dicta feuda poſſunt uendi, donari, & de iis teſtari ac diſponi prout dicitur per omnes in c.1. de feud. hab. propr.nat.feud. Gozad. in conſil.9. colum. 1. etiam
12 † ſine conſenſu domini,ut latè dixi in conſi.42.nume.16.uol.1. ubi etiam demonſtraui hanc eſſe rece-
13 ptam docto.ſententiam. Item † & quia dicta feuda ueniunt in reſtitutione fideicommiſsi, ut per Iaſ.in Vſib.feud.col.17.uerſi.3.limita, quem ſequitur Soc. Iun.in conſi.72.nu.22.uol.1. Crot.in conſi.135.nume.52.dixi in conſ.96.nu.37.uol.1.& in conſi.79.nume.24.uol.2. ubi multas alias auctoritates adduxi, quas non tranſcribo, quod aliàs non ueniret niſi fideicommiſſarius eſſet de comprehenſis in inueſtitura Dyn.& Bart. in l.ſi patroni.ad Trebel. ubi etiam & cæteri communiter, Ruin.in conſi.108.nume.18. uolum. 2.& in conſi.37. nume.11.uolum.1.Accedit
14 † quoque ꝙ uenit in publicatione uel confiſcatione bonorum,ut per Boſ.in trac. crim.in titu.de bono.publ.nu. 19. cum ſeq. quia de tali feudo iudicatur ut de qualibet alia re hæreditaria, & in nu. 54. Soc.iun.in conſ.115.nu.14.uol.3.Curt.Iun.in conſi. 4.col.penult.quod aliàs non ueniret, ut per Cepol. in conſi.58.inter ciuilia in 2.dubio Socin. Iunio. in

conſi.

conſi.49.nu.1.vol.3. Ruin.in conſi.23.nu.30.volu.5. Roma.Imol. & Alex.in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus.de dam.infec.Rui.in d.conſi.23.nu.33.vol.5.Soci.in conſi.266.nu.32. vol.2. quem ſequitur Gozad. in conſi.84.col.1.Hinc etiam uidemus, ꝙ in tali feudo ſuccedēs tenetur etiam de ipſo creditoribus ſui prædeceſſoris ſatisfacere, non obſtante ipſa confectione inuentarii, ut cōſtat ex ſcriptis per Soc.Iun. in conſ.42.nu.2.vol.3.ubi inquit,feudum ipſam eſſe ponendum in inuentario ſicut & aliæ res hæreditariæ debent poni, & in terminis noſtris ita conſuluit Bero. in conſi.68.nu.76.vol.1. & Soci.Iun.in conſi.112,col.2.in fin.uerſi.aliter puto vol.2.

Vlterius ſi iſtud etiam locum habet in feudo hæreditario ſuſcepto ſimpliciter pro ſe uel pro ſe & hæredibus, ut infrà,dicam,multò fortius in iſto caſu propter uerba alterantia naturam feudi.;arg.authen.multò magis.C.de ſacroſan.eccl.

15 Si autem quærimus † quid in feudo ex pacto, & prouidentia,quod eſt unum de modis infra ſcriptis
16 uidelicèt primò quando reperitur conceſſum † pro ſe & filiis uel liberis, & quod tranſit ad liberos, ut liberos,etiam ꝙ non ſint hæredes.Soc.Iun.in conſi.42.col.1.vol.3.112.colu.2.circa fi.vol.2.114.nu.10. uol.eo. & in conſi.72.nu.24.vol.1. Alex.in conſi.13. 19.& 28.vol.5.Rui.in conſi.88.nu.28.vol.1.& in cōſi.176. in 2. dubio vol.eo. oēs feudiſtæ in proœ.feudor. & Clarus. in §. feudum in 9.q. ubi aſſerit hanc
† † communem. Vel & ſecundò. † quando in inueſtitura dicitur pro ſe, & hæredibus maſculis, ut latè tenui in conſi.67.nu.21.vol.1. ubi allegaui hanc eſſe
† †communem quorum comprobatione etiam nunc addo multos alios idem tenentes,uidelicet Alcia,in conſ.179.Boſ.in trac.crim.in ti.de Principe.nu.306.

in fi.Nattam aliàs collegam meum in conſ.128.col. 1.127.col.1.& in conſ.130.Soc.Iun.in conſ.80.nu.9. vol.2.& in conſi.72.nu.27.vol.1. Salic.in l.2.col.1.C. de lib.& eo.lib.Alex.Rube.in conſi.84.in fin.Afflic. in præl ud.feud.nu.183.Rui.in conſ.188.nu. 10.verſ. ad hoc vol.2.Bero.in conſi.65.nu.15.& 67.nu.59.& 70. nu.47.vol.1.& 95.nu. 2.vol.2.ac communem Bel lo.in conſi.33.col.2.in princ.Bero.in conſi.68.nu.67. vol.1.& in conſi.71.vol.2. & magis cõmunem Arius Pinel.in l.1.nu.88.uerſ. ego autem.C. de bo. mater. Dominus Octa.Oſas.in deciſ.pedemon.ibi nu.1.Vel

18 & 3.ſi dictum ſit † ſit in conceſsione feudali pro ſe & legitimis hæredibus.Soc.Iun.in conſi. 112.nu.8.vol. 2.ubi dicit ꝙ ſi feudum eſt ſuſceptum pro ſe, & legi timis hæredibus, non dicitur hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia, & quod perinde eſt ac ſi eſſet dictum pro ſe & liberis,& ꝙ uerbum hæredibus exponitur liberis, dixi in citato conſil. 67.nu.19.quam quidem ſententiam etiam tenuerunt Alcia.in conſi. 179.Bero.in conſ.68.nu.74.cum ſeq.vol.1.ubi inquit ꝙ in materia feudali non uidetur aliqua differentia inter hæc duo uidelicet hæres maſculus,& hæres legitimus,& in conſi.70.num.37.vol.eo.Vel & quartò

19 † quando dictum fuiſſet pro ſe & ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ut etiam ſcri pſi in dicto.conſi.67.quod & voluerunt Natta in cõſ. 128.col.2.& 130.nu.4. Soci. Iun.in conſil.72.nu.27. vol. 2. dico clariſsimi iuris eſſe ꝙ defunctus in dicto feudo non poteſt agnatis præiudicare,qui eius hære ditatem adiuerunt cum beneficio inuentarii, ut per Alex.in conſ.13.nu.3.vol.5.conſi.28.nu.11.circa finẽ vol.eo.Rui.in conſi.38.nu.15.& 18.vol.1.Dec.in con ſi.185.col.pen.in princ. Rub. Alex. in conſi.164.col. 4.circa fi.Bal.& alii in l.qui ſe patris. C.unde lib.Be

ro.

ro.in citato conſi.68.nu.49. & 76.in fi.ac in cõſi.70.
20 nu.42.uol.1.ubi dicit notiſsimi iuris eſſe, † ꝙ pater in feudo quod ad eum peruenit ex prouidentia & legis prouiſione non poteſt filiis ſuis etiam hæredibus cum beneficio inuentarii præiudicare niſi quatenus ſe uires hæreditatis extendunt, ſubdens uerbũ
† notandum in practica ꝙ ita†communiter uolunt doctores.Zaſ.in trac.feud.in parte 8.nu.69.Alcia.in cõſi.16. in primo tomo in prin.ubi omnes fatentur deciſionem Bald.veram, & ideo inquit Soc.Iun.in con
21 ſi.42.col.1.uol.3. ꝙ † cum iſtud feudum non habeatur iure hæreditario, non eſt dubium ꝙ de eo uel de eius commoditate ſuccedens non tenetur creditoribus defuncti,†cum huiuſmodi feudum ſit omnino ſeparatum ab hęreditate, & ſi hæres tali caſu cõficiat inuentarium de bonis hæreditariis ei proderit ut ultra uires hæreditarias non teneatur. Alex.in conſil. 19.col.2.vol.5.Rui.in conſi.176.nu.15.uol.1.

22 Si uerò quærimus quid dicendum quando†feudũ alienatum eſt hæreditarium, ut quia conceſſum pro ſe & hæredibus, ut per Iſer.in c.1. §. hoc quoq; col. 2.de ſucceſ.feud.in c.1. an agna. uel fil. Curt. ſen.in conſi.90.col.8. & Curt. Iun.in conſi.1.Alex in conſi.
† 10.col.2.uol.3.ubi atteſtatur hanc eſſe†communem. Alcia.in conſi.160.nu.9.& 179.col.1.docto.communiter in pręlud.feud.Paris.in conſi.1. col.2. uol.1.2. col.4.16.col.2.uol.eo. Rui.in conſil.63.nu.15.vol.3. & in conſi.2.col.2.uol.4.dixi in conſi.2.nu.39.uol.1. conſi.67.nu.9.&79.nu.39.uol.eo. & in pluribus aliis locis.Io.Baptiſta Ferret.in conſi.119.col.2.in princ. Alc.in conſi.17.in 1. tomo magis communem Grat. in conſi.40.nu.42.uol.1.

23 Vel quando † cõceſſum eſt ſimpliciter pro ſe Bal. in c.1.col.4.an agna.uel fil. Alex.in conſi.26.colu.4.

Vol.5.Alcia.in conſi.160.num.9.179.& 180.in princ. Iaſ.in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui.ff. de lega.1. ubi atteſtatur hanc eſſe † communem.Cuma.in conſi.166.Afflic.in c.1.nu.55.de alien.feud.pater.Sappia in l.fi.nu.92.C.de edic.diui Adr.tol. Neuiza.in conſi.10.nu.15.dixi in citato conſ.97.nu.39.& 07.nu.23. Vol.2.Grat.in conſi.4.nu.41.volu.1. videtur uoluiſſe in dubio prouidere hæredibus ſuis c.1. de duobus fratr.a c.inueſt.l.ſi pactum. ff.de probat. Zaſ.in trac. feud.in 8.par.nu.63.Alcia.in conſil.16.col.1.in 1. tomo & in conſi.17.eo.tomo.Ceph.in conſ.152.nu.55. Rub.Alex.in conſi.84.col.2.Io.Bapt. Ferret. ubi ſuprà nu. 6. quia quando uaſallus recipit rem ſimpliciter in feudum non facta mentione de filiis & liberis.
24 Item & quando † pro ſe & ſuis,ut per Alex.in conſi. 26.colu.3.uolu. 5. ubi dictum uerbum ſuis, exponitur, id eſt pro hæredibus.Rub.Alex. in conſi.84.col. 2.Alcia.in conſ.160. nu.9.& Card.ſimo. in conſi.39. nu.25.inter conſilia Montis ferrati.Imol.in conſi.21.
25 Alcia.in citato conſi.17.nu.3.& † in quo non admittuntur niſi qui ſunt hæredes.c.1.ubi glo. an agna.uel fil. Alex.in conſi.26.col.pen.verſic.non obſtat.vol.5. Dec.in conſi.185.col.3.verſic. non obſtant. Craue.in conſi.131.nu.7.Soci. Iun.in conſi.112.nu.10.volu.2. Alc.in conſi.160.& 179.in princ. & Grat.in allegato conſi.4.nu.42.& tunc prima facie dicendum uidetur ꝙ ſtante beneficio inuentarii hæres poſſit uenire contra alienationem feudi factam per defunctum,ut cōſtat ex dictis per Bal.in l.qui ſe patris, col.6. verſic. Item quæritur. C. unde lib. ubi ait quòd ſi uaſallus repudiauit feudum antiquum & filius hæreditatem renuntiantis adiuit factum patris ei præiudicat. l. cum a matre. C. de rei uend. niſi ſolemniter fecerit inuentarium; quia tunc non debet nocere adi-

tio hæreditatis.l.fi.§.in computatione.C.de iure de lib.quia confecto inuentario feudum dicitur eſſe in hæreditate paterna ſeparabiliter.Alex.in conſil.26. col.3.uol.5.Dec.in conſi.185.col.4.in princ. Paris. in conſil.10.col.1.in fi.uol.1.33.col.fin.uol.3. & 65. nu.47.uol.eo.Dec.in conſil.445.nu.55.& 468.col.fi.

26 Beneficium † enim inuentarii conſeruat hæredi omnia iura perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet gl. & doct.in dicto §.in computatione.Cozad.in conſi. 46.col.3.in princ. & 94. nu.19.Iaſ.in conſ.56.col.3.

27 & 6.in fi.uol.4.quia † confectio inuentarii facit cenſeri hæreditatem iacentem, teſte Bald.in dicto.§.in computatione,in prima.oppo.& in l.debitori.C.de pac. Iacob. de ſancto Georgio in inueſtitura ſua feud. in uerbo & cum pacto de non alienando, col. 10.uerſi.aduerte. Rui.in conſi.1.nu.16.vol.1.38. nume.11.vol.eo.Rub. Alex.in conſi.74.nu.7. Mart. de Laud.in c.1.§.Titius.col.5.in princ.uerſ.nam ſi filius ſi de feudo fue.contro.inter dom.& agna.Præpoſ.in c.1.colu.7.uerſic. Item addas,an agna.uel. fi.Grammat. in deciſ.93.nu.10. Hippol. Riminal.in addit.ad conſilium 10.Riminal.306. Affl.in c.1.nu.36. de uaſal.qui contra conſtitut. lotha.quam ſententiam uti

28 † communiter approbatam ſequuntur Curt. Iun. in trac.feud.in 3.par.uerſ.3.igitur eſt regula,in fi.Clar. in §.feudum,quæſtione.42.Zaſ.in trac.de feud.in tit. de ſucceſ.feud.in 9.par.nu.28.& eam uti magis communem amplexus eſt Soci.Iun.in conſi.112.nu.12. in fi.vol.2. pro qua ſententia facit quod uoluit Alexan.in conſi.124.col.3.uol.4.ubi dicit, ꝙ licèt in feudo hæreditario non admittatur qui non ſit hæres,tamen dicit ꝙ poſſunt hæredes uenire contra factum defuncti ſi ſunt hæredes cum beneficio inuentarii, & feudum ſit antiquum ac ex pacto & prouidentia:

ergo

ergo ſentit contrarium ſi feudum eſſet hæreditarium. Riminal. in conſil. 305. nu. 19. Loffred. in conſi. 46. nu. 7. uerſ. & tamen & in cõſi. 52. nu. 5. Rub. Alex. in conſi. 18. Alcia. in conſi. 160. Bero. in conſi. 168. colu. 2. uol. 1. & hanc communem & receptam eſſe docto. ſententiam faſſi ſunt Grat. in cõſi. 4. nu. 50. uol. 1. Didac. in lib. 2. uar. reſol. c. 18. uerſic. 8. infertur. Affl. in c. 1. §. hoc quoque nu. 74. de ſucceſ. feud. Beneuen. in dicto c. Imperialem. §. præterea ducatus. col. 14. de prohi. feud. alie. per Feder. & frequentiori calamo receptam Grat. in conſi. 9. nu. 18. vol. 1. & in conſi. 4. nu. 56. uol. eo. Arius Pinel. in l. 1. nu. 93. C. de bon. mater. Ioſeph. Cumi. in prælud. feud. num. 65. 197. & 303. & in c. ſi aliquem in uerbo maſculis, nu. 55. de ſucceſ. feud. Zaſ. in tract. feud. in 8. par. nu. 68. cũ ſeq. Paris de Puteo in tract. de feud. reintegra. in q. incip. an feudatarius in fi. Por. Imo. lib. 3. commu. opi. conel. 8.

Non obſtant modò adducta in contrarium, & in primis deciſio Bal. in dicta l. qui ſe patris, quia reſpondetur, ſententiam ipſius procedere in feudo ex pacto & prouidentia, & non in hæreditario, ut expreſsè tradit Alex. ſibi repugnãs in conſil. 19. uerſi. nec obſtat ſi contra. uol. 5. ubi ait, Bal. in dicta. l. qui ſe patris malè dicere quòd feudum fuit receptum pro ſe & hæredibus, ſed quod illud locum habet in feudo ex pacto & prouidentia, quia eo caſu fatetur quod cum filius non ſit habiturus feudum ut hæres ſeu hæreditario iure, ſi adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii poteſt uenire contra factum defuncti patris & cõſequi feudum antiquum; quia per aditionem factam à filio adeunte hæreditatem aſcendentis, non fuit feudum effectum unum corpus inſeparabile cum bonis adeuntis; quia ille, qui adiuit nõ eſt conſequutus feudum ut hæres, & ſic non habet

locũ ratio poſito in l.ſed ſi plures.§.filio. ff. de uulg. & pupil.ſecus ſi feudum eſt receptum pro ſe, & hæredibus, quia tunc militat ratio dicti §.filio.Iterum in conſi.13.nu.8.uerſi. poſſet fortaſſe, & in conſi.12. nu.12.uol.eo. Dec. in citato conſi.208. col.2. & 395. col.fi. Curt.Iun. in allegato conſi.138. col.3. & 155. col.2.Iul.Ferret.Arius Pinel.in locis ſuprà citatis.& hanc partem ueriorem eſſe dixit Alciat.in conſil.16. circa fin. tomo 1.ubi dicit, quòd non audet firmare contrariam partem.& in conſi.160.nu.15.ubi inquit, dictum Bald. ita intelligi ab omnibus modernis excepto Decio in prædicto conſil.185.qui reprobatur. ſubdens ꝙ ſic ſuadet ratio quam Bald. adducit in allegando not.in d §.in computatione.ubi confecto inuentario non periclitatur hæres de ſuo. Dicitur autem ſuum quod aliunde habet quàm titulo hæreditario, & ſic feudum ſtipulatum filio remanet illi ſaluum.& ita per dictum §. in computatione tanquam loquentem in his quæ filius petere poterat alio iure quàm hæreditario firmat Ioſeph Cumi. in prælud. feud.nu.306.uerſi.non obſtat.4. Zaſ. in trac. feud.in 8.par.nu.68, & Bero.in allegato conſi.168. Nec mirum ſi in feudo hæreditario inuentarium non proſit, quia qualitas hæreditaria taliter ſubſtãtiatur in feudum ut amplius ſine ſubiecti corruptione abeſſe nõ poteſt, Ita Came.in dicto c. Imperialem.§. præterea ducatus,col.4.uerſi.4.ſpecies erit.quem ſequitur Cuma.ubi ſuprà nu.303.

Similiter non obſtat quòd contraria ſententia ſit communis, quia dicitur quòd etſi aliqui ita affirment, tamen rei ueritas eſt quòd in oppoſitum eſt crebrior doct. ſententia, ut cõſtat ex auctoritatibus ſuprà citatis.

49 Pariter non obſtat † quòd hæres qui adiuit hære-

ditatem

ditatem cum beneficio inuentarii non tenetur de cõmoditatibus feudi hæreditari ſatisfacere creditoribus hæreditaris;quia reſpondetur,ſententiam ſupra relatam ueram non fore, ut uoluerunt Iſer. in c. 1. col.2.an agna.uel.fil.quem ſequuntur Alex.in conſi. 19.col.2.& 4.Cur.Iun.in cõſ.1,col.4.uerſi.confirmo. Ruin.in conſil.17. column. 2. volum. 1. & in conſil. 176. colum.penult.volum. eo. Pract. Pap. in for.libel. quo. ag. ad reuo. feud. in uerbo nec ſuperſtitibus,colu.2. Campeg. in conſi.3.colum.4.in fin. inter conſilia Brun.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium inuentarii non prodeſt hęredi,qui immediatè non conuenitur pro debito hęreditario, ſed ex cauſa quę fuit nouata per compromiſſum ſequuto laudo.*

2 *Hęres ſicut quando conuenitur ex obligatione, & promiſſione quam fecit poſt aditionem hęreditatis,non gaudet beneficio inuentarii, ita nec illius omiſſio ei prodeſt, aut nocet.*

3 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

4 *Hęres cum beneficio inuentarii ſi contrauenit tranſactioni pœnali factæ per defunctum, non gaudet beneficio inuentarii.*

1 Beneficium† inuentarii an proſit hæredi,qui non conuenitur immediatè pro debito hęreditario, ſed ex debito de quo factũ fuit cõpromiſſum ab hærede,& exinde ſequutum laudũ,pro quo demum hæres cõuenitur?Quæſtionem iſtã determina ſecundum Ang.in conſil.30.colu.penul.ubi decidit, quòd

non quia tunc hæres non conuenitur immediatè ex cauſa hæreditaria ſed ex cauſa, quæ nouata fuit per compromiſſum ſequuto laudo, per text. in l. cùm hæreditas. ff. ad Treb. quam deciſioné ſequitur Dec. in conſi.300.col.2.in fi.cum princ.ſequentis & in cõ ſi.496.num.12. Aret.in conſi.148.colum.penult.uer-
2 ſic.pro iſta deciſione.ubi inquit † quòd ſicut hæres quando conuenitur ex obligatione, & promiſsione quam facit poſt aditionem non gaudet beneficio inuentarii, quia propriè, & immediatè dicitur obligatio noua, & propinquà, per dictam l.cum hæreditas. ita nec omiſsio inuẽtarii quòad eum prodeſt aut no
3 cet, † quia contrariorum eadem eſt regula l.2.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Bolog.in conſ.59.col.2. pro qua ſententia etiam facit quod uoluit Corne.in conſi.31.littera.e.vol.3.ubi concludit, ꝙ licèt beneficium inuentarii prouideat ne hæres inſolutum teneatur ultra uires hæreditarias ad onera hæreditaria per l.fi.§.etſi præfatam.C.de iure delib.& ſic prouidet hæredi circa actiones paſsiuas deſcendentes a defuncto, non autem ſubuenit aduerſus actiones quibus tenetur ex facto ſuo, ut quando quis conuenitur ex promisſione ſua. & ideo conſuluit ibi Corne. ꝙ ſi hæres cum beneficio inuentarii obligauit ſe ac omnia bona ſua præſentia, & futura inſolidum de ſoluendo certam quantitatem & uoluit poſſe conueniri realiter. Peruſii, Aſsiſii, & Florentiæ, quod non poteſt ſe iuuare beneficio ipſius inuentarii ne teneatur ultra uires hæreditarias ad onera hæreditaria; quia illud non ſubuenit hæredi circa actiones quibus tenetur ex facto ſuo, & ſic ex promisſione ſua, & petitur executio inſtrumenti confeſsionati celebrati per ipſum hæredem, non autem per defunctum, & ut latius ibi per eum hóc idẽ uelle uidetur Barb.

in repet.ca.Raynaldus. col. 184. uerſi. nec obſtat cū
4 dicebat,de teſta.ubi dicit ꝙ ſi hæres cum beneficio inuentarii conuenit tranſactioni pœnali defuncti, non gaudet cautela inuentarii; quia illa prodeſt ultra uires hęreditarias quò ad creditores hæreditarios,ſed non quò ad creditores proprios ipſius hæredis, ut in caſu ſuo.ubi hæres fecit illum creditorem quò ad pœnam opera ſua, & facto ſuo, & ſic culpa propria incidit in illam pœnam, per l.fi.§. fi.ff. quæ in fraud. cred. quod & repetit in col.fi. in princip.in uerſi.nec obſtat cum dicebat. Boer.in deciſ.53. in fi. Anch.in q.69.nu.9.

SVMMARIVM.

1 *Filius hęres patris an poſſit uendicare ab emptore fundum ipſius, quem pater ante mortem ſuam alienauit.*

2 *Creditor pręfertur filio in legitima.*

3 *Legitimam conſequi debet filius ſine onere legatorum,ſed non ſine onere ęris alieni.*

4 *Filius qui in nihilo ſucceſsit patri poteſt rem ſuam uenditam a patre ab emptore uendicare.*

5 *Filius qui ſucceſſit patri titulo inſtitutionis in re certa videlicet in legitima uel in alia re ſibi iure legati relicta, poterit rem ſuam uenditam a patre in totum ab emptore uendicare.*

6 *Hęres in re certa loco legatarii habetur.*

7 *Regula ex qua perſona, de reg.iur.locum habet quādo quis lucrum ſentit iure hæreditarię ſucceſsionis,non autem particularis legati.*

8 *Legatum non cenſetur factum animo compenſandi niſi expreſſe id dicatur.*

9 *Filius, cui ſola legitima eſt relicta, non habet conficere inuentarium.*

10 *Filius quando ſucceſſit patri vniuerſaliter in tota hęreditate uel quota, qui rem filii vendidit, & noluit teneri de euictione emptori ex pacto, ſi rem ſuam venditam vult vendicare, non poterit repelli exceptione ab emptore.*

11 *Filius hęres vniuerſalis patris qui rem ipſius uendidit cum promiſſione de euictione, ſi confecit inuentarium, non poterit rem ſuam à patre uenditam ab emptore uendicare.*

12 *Pater ſi fundum filii alienauit cum promiſſione euictionis, & ipſe eius ſit hæres, ſi fecit inuentarium pro parte in qua eſt hæres repellitur exceptione ſi fundum ab emptore uendicare tentauerit, ſi uerò nihil habet, repelli non poterit.*

1 QVid † ſi pater uendidit fundũ filii ſui, eundẽq; fecit hæredẽ uniuerſalem, qui hæreditatem paternã adiuit cũ beneficio inuentarii, nunquid ab emptore filius poterit uendicare fundũ ſuũ a patre venditũ? glo. in l. fi. §. in cõputatione C. de iure delib. diſtinguit. Aut hæreditas eſt ſoluendo, & tũc, aut filius fecit inuentariũ aut non. prmo caſu, aut habet debitũ ſubſidiũ tantũ, & tunc poterit fundũ ſuũ uendicare, quia illud habere debet ſine onere. Aut habet ultra bonorũ ſubſidiũ, & tunc vendicãs repellitur exceptione eatenus quatenus habet ultra debitũ bonorũ ſubſidiũ facta cõputatione reſpectu quãtitatis, & nõ reſpectũ quotæ. Aut non fecit, & tunc ſi habet tantũ bonorũ debitũ ſubſidium, & inſolidũ repellitur ut ibi per glo. ſecundũ unã lecturã, & ſecundũ aliam

in nihilũ repellitur. Si uerò habet ultra debitũ bonorũ ſubſidium, tunc patitur exceptionẽ reſpectu quotæ pro qua eſt hæres ſi parũ ualeret ultra legitimã Secundo verò caſu quando hæreditas non eſt ſoluẽdo, non eſt tractandũ nec de debito bonorũ ſubſidio, qa illud intelligitur. deducto ære alieno. l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. teſta. iſta glo. in ea parte in qua dicit ꝙ ſi hæres facit inuentariũ repellitur quatenus in hęreditate habet ultra legitimã; ſed ſi nihil habet ultra debitũ bonorũ ſubſidium non repellitur; quia illa debet habere ſine onere reprobatur, quia contrariũ tenet gl. in l. cũ à mater. C. de rei uend. quæ uult ꝙ etiã quatenus filius hẽt ꝑ legitima, repellitur, qa ſi filius
2 euinceret emptori ipſe emptor eſſet † creditor hæreditatis qui præfertur in legitima debita filio. l. Papinianus §. 4. ff. de inoff. teſta. Alex. in conſi. 31. in princ. vol. 4. Bar. in l. ex facto, la grande. ff. de hæred. inſtit. & ſic obeſſet filio exceptio de qua in l. vendicantẽ. ff. de euictio quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio. Vnde non obſtat ꝙ legitimã filius conſequi debeat ſine onere † quia hoc uerum eſſe intelligitur ſine onere legatorũ, ſed non ſine
3 onere æris alieni, quod eſt potentius quã ſit legitima, ut in d. §. quarta. Ita Bal. in l. cũ a matre col. pen. uerſi. non obſtat quod tu dicis. & Caſtren. col. fi. circa fi. Natta in cõſi. 214. nu. 4. & contra gl. in hoc caſu eſt
† †communis ſchola doctorum ut ait Nicol. Arelat. in l. generaliter. nu. 128. uerſ. eſt ergo cõmunis concluſio. C. de ſecund. nup. In iſta materia ſic diſtinguendum
4 eſſe arbitror. † Aut filius in nihilo ſuccesſit patri, iſto caſu clarisſimi iuris eſt, quòd filius poterit rem ſuam per patrem uenditam uendicare, quoniam iſto caſu contra eum non obſtat regula, quem de euictione tenet actio, eundem agen-

tem repellit exceptio, de qua in l.uendicantem.ff.de euictio. nec exceptio.l.ex qua perſona de reg. iur. ꝙ ex qua perſona quis ſentit lucrum, eius factum im probare non debet. Ita Paul.de Caſtro in dicto.§.in computatione, col.4. uerſi. primus eſt,& Iaſ. in col. pen. Natta ubi ſuprà.

5 Secundus caſus eſt † quando ſucceſſit titulo reſtitutionis patri non uniuerſaliter ſed in re certa, putà in legitima, uel ſibi iure legati recta, & iſto caſu
6 † quia legatarii loco habetur.l.quotiens.C.de hæred. inſtit. non tenetur de euictione, & poterit totam ré
7 uenditam uendicare. Nec † etiam ei poterit obſtare regula.l.ex qua perſona, quia illa locum habet quãdo quis ſentit lucrum iure hæreditariæ ſucceſſionis, non iure particularis legati alias ſemper legatum
8 cenſeretur relictum animo cõpenſandi, † quod iura non præſumunt niſi expreſſe dictum fuiſſet. l. creditorum.ff.de lega.2.ita Bar.in dict.§.in computatione, colu.3. Paul.de Caſtro Alex. & alii Bal.in l.cum à matre, col.2. uerſicul. tertiò quæro.C. de rei uend. ubi dicit quòd ſi filius eſt inſtitutus in quota bonorum, quia dixit pater, inſtituo te in tertia parte tibi debita iure naturę uel in re certa pro ſua legitima, ꝙ iſto caſu non tenetur ex contractu paterno, ſed illi contrauenire poteſt uendicando rem ſuam per patrem alteri uenditam, quia æs alienum non ſequitur fundum .l.1.§.ſi hæres.ff. ad Treb. & quòd iſto caſu ſecundum eum obſtabit ſibi exceptio, quoniam non deſcendit ut in filium obligatio ex contractu paterno, cum legitima dicatur. deducto ære alieno.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoff.teſt. & ideo concludit ibi Bal.quòd cum ęs alienum non obligat filium hæredem in ſola legitima, quod eſt notandũ
9 ꝙ † filius cui relicta eſt ſola legitima, non habet cõ

ficere

ficere inuentarium,quia æs alienum non ſequitur le gitimam.idem ibi uoluit Paul. de Caſtro colu.fi.in uerſi.Item quærit gloſa. ubi cõcludit quod ſicut quã do filius eſt inſtitutus in re certa pro ſua legitima,nõ cogitur filius ſuſcipere actiones creditorum ex perſona parentis. dicta l.quotiens,ita nec ex eorum per ſona poſſet repelli per exceptionem ſi uenit contra factum parentis . Item etſi fuit inſtitutus in tertia parte bonorum pro ſua legitima,quia intelligitur de ducto ęre alieno.l.ſi quis ſeruum.§.fi.de lega.2.Vnde ſicut actiones creditorum non darentur contra eum ſed hæredem uniuerſalem,ita nec exceptio poteſt ſibi opponi ex perſona parentis.Iaſ.ibi col.pen.uer.ſecundus caſus. Nicol.Arelaten.in l.generaliter. C.de ſecund.nup.nu.125.

10 Tertius caſus eſt quando † filius ſucceſsit uniuerſaliter in tota hæreditate uel in quota ipſius hæreditatis,tamen emptor non habebat regreſſum de euictione ex pacto inito inter emptorem & uenditorem,iuxta.l.emptor.§. ibidem. de actio. emp. & iſto caſu filio uendicanti rem ſuam uenditam non poteſt opponi exceptio,quem de euictione,&c.propter dictum pactum , ita uidentur ſentire Iacob. de Belui. Bar.Ang.Paul.de Caſtro in dicta l.fi.§. in computatione.C.de iure delib.quam † communem aſſerit Nicol.Arelaten.d.l.generaliter.nu.125.uerſi. ſaluari tamen poteſt, ubi inquit ꝙ non eſſet ſani capitis recedere ab hac ſententia propter fantaſiam ſolius Iaſ. contrarium atteſtantis in d.§.in computatione.

11 Quartus & ultimus caſus eſt quando † filius ſucceſsit iure uniuerſali, & emptor habet regreſſum cõtra uenditores de euictione, & iſto caſu debet diſtingui . Aut non confecit inuentarium, & tunc etiam ſi nihil eſſet in hæreditate uel in portione in qua eſt in

ſtitutus,

ſtitutus,repelletur a uendicando.Bal.in l.cùm a matre.col.pen.circa fi.uerſ.ſed reuoco hoc in dubiũ. C.
12 de rei uendicatio.quia lex ſimpliciter dicit ꝙ ſi non facit inuentarium, officit ei contractus paternus,qđ inquit uerũ, quia ex contractu patris deſcendit in eũ exceptio,& quia lex fingit hæreditatem locupletem ubi non fit inuentarium.docto.communiter in d.§.in computatione.Bar.in l.cum uir.col.fi.de uſucap. & Rui.in conſ.42.nu.3.uol.5. Si autem confecit inuentarium & hæres aliquid habet de hæreditate deductis debitis uel legitima tãtum eatenus repellitur ex ceptione ſed ſi nihil habet, non repellitur & iſto caſu bene loquitur glo. ſecundum docto.communiter in dictis locis.Natta ubi ſuprà.Port.in conſ.40.col. fi.circa fi.Bero.in conſi.129.nu.5.volu.2. & latisſime de hac materia uide per Arelat.in dicta. l. generaliter nu.120.cum pluribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Venditor obligatus pro euictione ad duplum ſi deceſſit emptore hærede relicto, qui hæreditatẽ adiuit cum beneficio inuentarii ratione euictionis ſequutę,non poterit emptor duplum computare contra creditores,ſed ſimplum diſtingue tamen ut infrà nu.4.& 5.*

2 *Declaratio ad l.cum emptor ff.ad l.fal.*

3 *Tempore digeſtorum nihil erit cautum de inuẽtario.*

4 *Paria ſunt damnum pati, uel lucrum iam radicatum amittere.*

5 *Error iuris ſicut non nocet quando tractatur de damno uitando,ita nec quando tractatur de lucro iam radicato perdendo.*

Pone,

1 PONe, Titius † uendidit mihi rem, demum res ipſa cum promiſsione dupli de euictione fuit euicta, poſtea deceſsit dictus Titius me hærede inſtituto, cuius hæreditatem adiui cũ beneficio inuentarii, nunquid computabitur duplum contra creditores? primò uidetur dicendum, ꝙ non, quia niſi ſimplum. arg. l. cum emptor. ff. ad l. fal. Contrarium tamẽ determinat Cy. in l. fi. §. in computatione, col. 1. C. de
2 iure deli. reſpondens † ad tex. in dict. l. cùm emptor. ꝙ loquitur quando non fuit factum inuentarium, quod & uoluit glo. magna in d. §. in computatione, in princ. Bar. & Alber. de Roſa. col. 1. uerſi. Item quæro, ubi dicit uerum eſſe ꝙ dicta. l. cum emptor, loqui
3 tur quando non fuerat factum inuentarium † cum tempore ipſius legis non eſſet aliquid cautum de inuentario. Vnde in inuentario non facto locum habet illa lex. Nicol. de Neapol. in dicta l. cùm emptor, ut citat ibi Alex. in prin. Bar. autem in dicta. l. cum emptor, dicit ꝙ ſiue fecerit inuentarium ſiue non, non poteſt detrahere niſi ſimplum, quia ſiue fuerit emptor, ſiue uenditor hæres, non committitur ſtipulatio ad duplum pro re euicta. l. ſi ei in princ. & §. 1. de euict. & quod ſecundum diſtinctionem dictæ. l. ipſa lex debet intelligi; cum ergo non committatur ſtipulatio, non poteſt duplum detrahere.

Pro ueritate huius articuli diſtingue ſecundum Ang. in dicta. l. cùm emptor, in princip. ꝙ aut euictio fuit ſequuta in uita teſtatoris uel poſt eius mortem, ſed ante aditam hæreditatem, & tunc cum perfectè eſſet acquiſita emptori actio ad duplum, confectio inuentarii ſuperueniens non aufert hæredi ius ſibi quæſitum, ſed illud ſibi conſeruat, ut in dicto. §. in computatione. Aut fuit ſequuta euictio poſt aditam hæreditatem, & tunc proce-

cedat

cedat opinio Bart. ꝗ non conſequatur niſi ſimplum odio pœnæ. Inquiens dicta.l.cum emptor, loquitur quando poſt aditam hæreditatem ſequuta fuit euictio. quam diſtinctionem in effectu etiam tenet Bal. in dicto.§.in computatione, col. 1. uerſicu. 2. oppono quem ſequitur ibi Fran.Tigr. & Pau.de Caſtro in d. l.cum emptor quia quando euictio ſequuta eſt ante aditam hæreditatem, ſi non conſeruaretur per confectionem inuentarii hæres diceretur pati damnum
4 †quod conſiſtit in perdendo id quod acquiſitum eſt l.2.§.meritò. ff. ne quid in loco publico. Quod ampliat etiam procedere ſi illud acquiſitū erat ex cauſa lucratiua, ut not.glo.in l.1.§.ſi quis autem, in uerſi.in integrum reſtitutione, ff. ne quid in loco publico.glo.1.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore. ff. ſolut.matr.dum reſpondet ad l.huiuſmodi.§.Stichū
5 de lega.1. Vnde † ſicut errror iuris non nocet quando tractatur de damno uitando, ita nec quando tractatur de perdendo lucro iam radicato. glo.in l.quæ fideicommiſſum de legat.2. ubi autem euincitur res poſt aditam hæreditatem, tunc non infertur damnū per aditionem hæreditatis cum beneficio inuentarii ſed impeditur lucrum acquirendum, cum qua diſtinctione etiam tranſeunt in d.§.in computatione, Ange.Sal.Fulgo.& Paul. de Caſtro nec non & Alexan. in dicta.l.cum emptor colu.1. ubi dicit quod etſi attendantur rationes aſſignatæ per Bar.iunctis prædictis non militant niſi quando euictio ſequuta fuit
E poſt aditam hæreditatem prout uidetur loqui text. ipſe qui ſic uidetur conſtruendus euicto homine cū quo emptor uenditori hęres extitit, & ſic pro hoc ceſſant omnes obiectiones allegatæ in contrarium, ubi pro hoc etiam dicit benefacere text.in l. habere licere, in fi. de euic. ibi alioquin ſemel commiſſa ſtipulatio

pulatio reſolui non poteſt. Idem Alex. in §. in computatione, col. 3. uerſ. in eadem ibi. l. cum emptor.

SVMMARIVM.

1 *Hæres defuncti cum beneficio inuentarii qui ei tenebatur, an debeat a ſe exigere duplum uel ſimplũ.*

1 QVid è contra † ubi hæres cum beneficio inuentarii tenebatur defuncto & ſic debet a ſe exigere, an exiget duplum uel ſimplum? Iacob. de Are. ut refert Cy. in l. fi. §. in computatione, col. 1. uerſi. quæro. C. de iure delib. tenet ꝙ ſimplum tantũ, quia hoc eſt introductum in fauorem hęredis, ergo non debet in eius læſionẽ redundare l. quod fauore. ff. de. ll. Idem ibi tenet Alb. de Roſa. col. 1. uerſic. quid è contra Paul. de Caſtro col. 3. uerſi. quid autem è conuerſo, diſtingult ut dictum fuit in præcedenti. Aut actio erat orta defuncto contra hęredem uel hæreditati iacenti, & tunc debet a ſe exigere duplum quia non debet eſſe melioris conditionis quam ſi non eſſet hęres. Aut non erat orta ante ſed poſt aditam hæreditatem, & tunc non oritur contra ſe ad duplum ſed ad ſimplum tantum, ſicut è conuerſo, quam diſtinctionẽ ibi ſequitur Alex. in quarta col. in princ. pro qua opinione ſecundum eum facit, nam ſucceſsio non habet uim ſolutiónis quòad lucrum hæredis. l. hæres a debitore. §. fi. cum ibi notatis per Bartol. ff. de fideiuſſo. & ſic ſi antequam adiret hæres erat debitor, non debet ad lucrum ſuum illa ſucceſsio habere uim ſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium hęredis extranei, cuius res per defun-*

ctum

ctum fuit uendita, impedit quominus hæres poſſit rem ipſam ab emptore uendicare, imò repellitur quantum importat quarta habita uigore inſtitutionis. declara tamen ut infrà.

1 QVid in caſu in quo † teſtator inſtituit hæredem extraneum, cuius rem alienauerat. & ipſe adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii, an ſolutis legatis & fideicommiſſis retenta ſibi falcidia uel trebelianica, poſſit rem uenditam uendicare? glo in l.fin.§.in computatione.C.de iure delib. tenet quòd ſi adiuit cum beneficio inuentarii repellitur, quantum importat dicta quarta uel ultra ſi habet, quia illa poteſt dari cum onere non uẽdicandi rem alienatam.l.Lutius. §. maritus, ad Treb.l.ſi debitor. ff.ad l.fal.licèt ſit argumentum contra in l.cum pater §.Titio de lega.2.quod non ſoluit, ſecus ſi ſine inuẽtario adiuit, quia tunc in totum repellitur, & glo. ſententiam ſequuntur ibi Cy.& Bal.Bart. uerò trãſit cum glo. ſcilicet quando adiuit & fert inuentarium & habebat regreſſum emptor de euictione, ſecus ſi nòn habebat regreſſum de euictione & hæres tãtum habere quartam iure inſtitutionis, quia tunc patietur exceptionem etiam in illa parte, ita demũ ſi teſtator hoc dixit, & ita dicit intelligendas leges allegatas in glo.in eo uero quod habet ultra quartã partem non eſt dubium quòd exceptionẽ patietur, & cum Bar.tranſit Franc. de Tigr. & Ang. ibi Paul. uero de Caſtro dicit & optimè quòd ſi emptor habet regreſſum de euictione, non eſt dubitandum ꝙ hæres poterit repelli per exceptionem, quẽ de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, per l.uendicantem .ff.de pigno. Si uerò non habet regreſſum & ſimiliter per regulam.l.ex qua per-

ſona

ſond.ff.de reg.iur.& ꝙ in hoc Barto.non bene loquitur dum modificat & reſtringit glo. cum cuius opinione pertranſit Alex.col.6.in princip.& Iaſ. col.2. uerſi. breuiter quicquid teneat Bar.tene ꝙ indiſtinctè iſte extraneus repelletur quatenus conſequitur aliquid lucri ex inſtitutione. Nec obſtat lex ſi debitor,allegata in glo.quia procedit quando teſtator expreſſiſſet iſtud onus in inſtitutione extranei, ut quia dum eum inſtituit, expreſsit ꝙ eum inſtituebat cum hoc ne fundum uenditum uendicaret. Tu uerò complectendo omnes partes dicas, aut hæres extraneus, qui fecit inuentarium,eſt hæres inſolidum,& tũc eatenus patietur exceptionem quatenus habet de hæreditate quaſi, hæres, & non in plus propter beneficium inuentarii, quia non debet ex hæreditate lucrũ uel damnum ſentire niſi ſua interſit habere fundũ; tunc enim patitur exceptionem ſed tenebitur de euictione, ſi uerò eſt hæres pro parte pro partibus cohæredum nullam patietur exceptionem ſed pro ſua ſic quatenus habet de hæreditate & non plus per dictum beneficium inuentarii.ſi uerò non fecit inuentariũ,tunc ſi eſt hæres inſolidum patitur exceptionẽ inſolidum,ſi pro parte,pro parte tantum? ita Alber. de Roſa.ibi col.3.uerſi.ſecunda quæſtio eſt.

SVMMARIVM.

1 *Intentionem fundatam dicitur habere hæres qui allegat plura bona non fuiſſe in hæreditate quã deſcripta in inuentario,ita ut transferatur onus probandi in contrarium creditoribus legatariis uel fideicommiſſariis.*

2 *Negatiua quomodo probatur.*

3 *Præſumitur in dubio pro inuentario.*

1 HAeres † cum inuentario allegans plura bona non eſſe in hæreditate habet intentionẽ fundatam, adeò quòd creditoribus, uel legatariis aſſerentibus contrarium incumbit onus probandi. doct.communiter in l.fi.§. licentiam.C.de iure delib. quoniam non præſumitur ſecundũ Bal. ibi omiſſum nec ultra poſitum aliquid in ſolemni ſcriptura. Iaſ. in conſi.34.col.1.uol.1.Alexan. in rub.ff.de no.oper. nunt.col.antepen.in prin.Ruin. in conſi.67.num.14. uol.5.Roma.in conſi.276.in fi.Ripa in l. ſi conſtante. nu.18.ff.ſolut.matr.Craue. in conſi.225.colu.pen.& ideo dicit glo.in l.cum lege.ff.de probat.quam ſequitur in dicto.§.licentia, ꝙ ſi ego uolo probare hæredi
2 tatem non ſufficere ad debita, † quòd iſta mera negatiua probatur hoc modo, ut hæres dicat tantum eſt in hæreditate, qui uult dicere plus eſſe, probet, quam deciſionem ibi multi ſequuntur ut ibi per Iaſ.
† & quam glo.†communem Iaſ. in dicto conſi.34.col. 1.Curt.ſenio.in conſil.17.column.9.uerſicu.ſed contra præmiſſam.Cur.Iun.in conſ.150.colum.5.Rui.in conſi 67.nu.14.uol.5.& Craue.in conſi.225.col.pen. in fi.Port.in conſi 50.num.7.Hercul.in trac.quis tenea.proba.nega.nu.256.& 95.Rimin. conſil.356.nu. 23.Guid.Pap.in trac.præſump.nu.105.Port.Imol.in lib.1.com.opin.regula 23.col.fi.Etſi nonnulli ſint qui uelint gl.ipſam cum referatur ad dictum §. licentiã, debere intelligi quando de bonis erat confectum in
3 uentarium, † pro quo præſumitur etſic quando cum aſſerente concurrebat præſumptio, aliàs ſecus, ita Iaſ.in dict.§.Rui.in conſi.49.nu.4.vol.5. Crot. in rubrica de no.oper.nunt.nu.52.Natta in conſi.238.colu.4.Ripa.in l.ſi conſtante.nu.18.ff.ſolut.matr.ubi inquit ꝙ iſta præſumptio iuris regulariter transfert onus probandi in contrarium.l.fin.C.de reuo.dona.

Nam

Nam præſumptio eſt pro hærede ꝙ omnia bona deſcripſerit in inuentario, aliàs præſumeretur deliquiſſe, quod non eſt dicendum. l. merito. ff. pro ſocio. ſubdens ꝙ licet Alexand. in rubrica. ff. de no. oper. nunt. hanc declarationem impugnare uideatur, quia hæres potuit per ignorantiam aliquid omiſiſſe ponere in inuentario, & aliter non declarer; tamen ꝙ credit ꝙ uoluerit dicere ꝙ hæc negatiua probatur per ſcripturam, quia actus de quo agitur ſolet authentice deſcribi, & ſic dicetur negatiua coarctata ſcripturæ, meritò probabitur per ſcripturam, ut eſt tex. ubi Moder. in l. Titię textores, de lega. 1. alias ſi negatiua non probaretur per inſpectionem inuentarii fruſtra eſſet hæredi conceſſum beneficium inuentarii, quia aliàs non poſſet probari hanc negatiuam ꝙ in hæreditate non ſint alia bona, quia huiuſmodi negatiua eſſet uaga & improbabilis l. actor. C. de proba. Crot. ibi nu. 8. ubi late de cuius gl. ueritate pro nunc ulterius uerba non facio, cum ſatis ſit in terminis noſtris dictam ſentētiam fore communem, à qua in iudicando & conſulendo non eſt recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio fieri poterit per teſtes de domo plura fuiſſe bona in hęreditate, quàm per hęredem, deſcripta in inuentario.*

2 *Secreta patrimonii ubi ſunt probanda admittuntur inhabiles ad teſtificandum.*

3 *Serui admittuntur probandum ſecreta domus confratres & uxores.*

4 *Suppellectilia domus probantur per familiares.*

5 *Electiones poſſunt probari per illos de colloquio.*

6 *Serui non admittuntur ad probandum ſecreta domus niſi cum tormentis.*

1 MOdò uidendum uenit caſu quo † creditores uel legatarii uellent probare plura bona fuiſſe in hæreditate, quàm deſcripta in inuentario, per quos teſtes poterit fieri hæc probatio. Et dic quod non ſolum per extraneos ſed etiam per teſtes de domo hæredis, per tex. in l. fi. §. licentiam. C. de iure delib. ubi notant omnes. Et ratio eſt, quia ita bene per alios probari non pôt. arg. l. conſenſu. §. ſi ſeruus. C. de repud. c. ueniés, il 2. de teſtib. & ideo inquit ibi
2 Paul. de Caſtro ꝙ † quãdo agitur de probando ſecre
3 ta patrimonii ſunt duo ſpecialia, quorũ primũ eſt †, ꝙ admittuntur ſerui qui regulariter ſunt inhabiles ad teſtificandum, alterum ꝙ actor aſſumit probationes de domo rei, quod ſecus eſt regulariter. l. nimis graue. C. de teſtib. & etiam familiares perpetui uel temporales & confratres ſecundum Bal. ibi per tex. in §. cogitandum, in auth. de monach. Bald. in auth. ſed cũ teſtator, col. pen. uerſi. quæro poſt decretum, ad l. fal. ubi concludit ꝙ nedum per domeſticos ſed etiã per uxorem defuncti. quem ſequitur Vital. in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari inuen. confec. pend. col. 24. in fi. Iacob. de Belui. in prac. Iud. in tit. de probatione negatiua. nume. 11. pro qua opinione facit quod uoluit Bart. in l. lex quæ tutores. C. de adm. tuto. ubi maſſa-
4 ritiæ & † ſuppellectilia, quas uel quæ habet quis in domo, poſſunt probari per domeſticos hoc eſt per ſuos familiares. Accedit quod notat idem Bartol. in l. in tantũ. §. uniuerſitatis ff. de in ius uocan. ubi inquit ꝙ quæ non poſſunt probari niſi per illos de col
5 legio ut † electiones quæ fiunt in ſecuto, ꝙ qui eſt de collegio, eſt idoneus teſtis.

Aduer-

6 Aduertendum tamen eſt ꝙ † ſeruis non crederetur ſine tormentis,ut in dicto.§. licentiam ubi Caſtr. & per Bal.in dicta auth.ſed cum teſtator, ubi ſecundum eum etiam requiritur ꝙ perſeuerent in eorum dictis,& non uacillent per l. edictum. ff. de quæſtio. Porcel.in trac.de inuent. cap.3.nu.8.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum purgationis defertur hęredi cum inuentario ubi creditores legatarii uel fideicommiſſarii aſſerunt plura bona fuiſſe in hæreditate, quàm in inuentario deſcripta, quando aliter probari non poſſunt.*

2 *Iuramentum purgationis eſt de propria conſcientia.*

3 *Actore non probante reus, etiamſi nihil pręſtiterit, abſoluendus eſt.*

4 *Infamatus de crimine quo plenè probari non poteſt, compellitur ſe purgare per iuramentum.*

5 *Suſpicio quando eſt contra aliquem, & non ſunt urgentes coniecturę, debet ſtari eius iuramento ad purgationem ſuam.*

6 *Iuramentum purgationis datur ſi ſit ſuſpitio, ut bona fugitiui ſint depoſitata in domo alicuius.*

7 *Iuramentum purgationis defertur ei, qui dicit non emiſſe ab ignoto.*

8 *Emphyteota, qui dicit uendidiſſe rem pro certo pretio, cogitur domino iurare an illam uendiderit maiori uel minori pretio.*

9 *Nauta uel tabernarius in cuius naui uel taberna res peregrini fuerunt captę, compellitur ſubire iuramentum purgationis.*

10 *Hoſpes licet de generali præſumptione teneatur de amiſſione rei etiamſi locus in quo erant, fractus ſit, tamen ſi eſt bonæ famæ poteſt ſe purgare per iuramentum.*

1 QVid ſi † creditoribus, legatariis, uel fideicommiſſariis deficiāt probationes, an poterit cogi hæres ad præſtandum iuramentum purgationis? Conclude ꝙ ſic, ut in d.§.licentiam, ubi text. quē
† ibi ſequuntur† communiter ſcriben. quod † iuramen
2 tum ſecundum glo. ibi & Caſtren. eſt de propria con ſcientia & eſt ſpecialis caſus, cum regulariter ſecun-
3 dum Alex. & alios non requiratur † quia actore non probāte reus, etiāſi nihil præſtiterit, abſoluendus eſt, l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimilibus, nec mirum, quia etiam multi alii ſunt caſus in quibus defertur iuramentū purgationis quando aliter ueritas haberi
4 non pōt, ut in toto tit. de purg. cano. ubi ſi† aliquis eſt infamatus de crimine ꝙ non pōt plene probari, cōpellitur ſe purgare per iuramentum. Maran. in trac. de ord. iud. in 6. par. in nono actu. n. 18. Io. de Silua. in trac. de iure iur. in 1. par. nu. 4. & Mar. Blanch. in trac. de iud. nu. 284. Iaſ. in l. 3. in princ. col. 4. uerſi. aduerte tamen. ff. de iure iur. Paul. de Caſtro in l. præſenti, in
5 fi. C. de his qui ad eccle. confug. ubi dicit† ꝙ quando contra aliquem eſt ſuſpicio, & non ſunt urgentes cō iecturæ debet ſtari eius iuramento ad eius purgatio
6 nem. Item† datur etiam dictum iuramentum, ſi ſit ſuſpicio ut bona alicuius fugitiui ſit depoſitata uel cōmodata alicui, ut ille compellatur iurare ſi ſint in do
7 mo ſua, dicta. l. præſenti. §. ſic ubi, plus† purgat ſe per iuramentum, qui dicit ſi rem emiſſe ab ignoto. l. ciui le. C. de fur. Iacob. de Bellouiſ. pract. in ſua iudiciali in ti. de proba. negā. nume. 16. cum ſequentibus, ubi

8 etiam inquit poſſe dici quòd † emphyteota qui dicit uendidiſſe rem aliquam pro certo pretio habet iurare domino, an maiori uel minori pretio uendiderit. Accedit quoque quod not.Spe.in ti.de fur.col.3. uerſi.quid ſi peregrinus. dicens ꝙ ſi peregrinus q uadit uel rediit ultra mare intrat nauim uel tabernam nec oſtendit res quas habet,quod tunc ſi perduntur, non ſtatur eius dicto uel iuramento ſed bene poteſt
9 cogi† nauta uel tabernarius iurare ꝙ res illas nô ſubtraxerit,nec ſubtrahi fecerit, & erit ſacramentum ꝑ quod quis purgatur cum de mala eius conſcientia queritur ab eo, per text. in l.final. C.de bon.autho.
10 iud.poſ.hinc dixit Bal. in l.1.C.de loca.†ꝙ hoſpes tenetur de amiſsione rei, etiã quod locus ſit fractus,in quo erant,& hoc de generali præſumptione,quæ eſt contra hoſpites,qui ſunt rapaces ex mente Nicol.de Matarel. ſi tamen erunt bonæ famæ tunc debent ſe purgare per ſuum iuramentum quos Spec.& Bal.ſequitur. Marc.Blanc.ubi ſuprà nu.65.

SEQVITVR QVINTA & vltima Pars.

Quæ incommoda ſentiant hæredes omiſſa inuentarii confectione, & quæ non.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium, ſecundum communem tenetur omnibus creditoribus, legatariis, & fideicommiſſariis vltra vires hæreditarias.*

2 *Item & ſoluere legitimam filio ſi vult.*

1 HAeres† non conficiens inuentarium, ſecūdum communē tenetur omnibus creditoribus, legatariis, & fideicommiſſariis ultra uires hæreditarias. §. ſi uerò non fecerit, in auth. de hære. & fal. Et ratio eſt, quia lex præſumit ꝙ hæres occultauerit res hæreditarias. §. hinc nobis. in eo. tit. de hær. & fal. doct. in l. fi. §. etſi præfatam. C. de iure delib. Cuma. in conſi. 30. col. 2. & in conſi. 73. col. 2. Affl. in deci. 44. nu. 33. Bal. in l. filium quem habentem col. 12. in princ. uerſi. & quæro. C. fami. erciſ. unde fingitur ſoluere de hæreditate, & non de proprio patrimonio ſecundū Bar. in l. in ratione. §. quod
2 uulgò. ff. ad l. fal. & hanc eſſe† cōem inquiunt Alex. in in l. in ratione, la 1. §. quod uulgò, col. 9. uer. in ea glo. ibi. § ſi uerò non fecerit. ff. ad l. falc. Abb. in conſ. 73. col. 4. in fi. vol. 2. Franc. Porcel. in trac. de inuent. c. 4. nu. 11. Aug. a Gambel. in gl. 12. col. 2. uerſ. ſed ſi qs.
3 Item† & tenetur ſoluere legitimam filio ſi hæreditas ſit adeò legatis exauſta ꝙ ex aliis rebus hæreditariis integra legitima haberi non poſsit, & hoc uolente ipſo filio, ſecus ſi uellet agere contra legatarios corporum hæreditariorum, ubi hæreditas non eſt ſoluē do; quia eſt in eius electione agere contra hæredem uel legatarios. Ita Piccus in l. in quartam. num. 263. ubi etiam Ripa nu. 213. ff. ad l. falc.

SVMMARIVM.

1 *Hæres omiſſa confectione inuentarii perdit falcidiā.*

1 HAeres† non conficiens inuentarium perdit falcidiam. §. ſi uerò, in authen. de hæred. & falcid. Bal. in auth. ſed cum teſtator, in princ. per illū tex.

tex.C.ad l.falc.docto.in l.fi.§. etſi præfatam C. de iu re delib.Bar.& alii in l.in ratione,la 1.§.quod uulgò, ff.ad l.falc.Barba.in c.Raynaldus,col.41. in fi.de teſta.Cuma.in conſi.141.col.2.Fulgo.in conſ.96.col.1. uerſi.falcidiam.Porcel.in tract.de inuent.c.5.nu.11. Ang.a Gambel.in glo.112.nu.14.Roland.in tract.de teſta.in rubrica 28.nu.13. Ang. in §.extraneis,col.2. uerſi.quæro an non conficiens de hæred.qual.differ. Paul.de Caſtro in dict.l.fi.§.ſin autem hoc,in fi.Corne.in conſi.166.littera.i.uol.3.Fabia.in auth.nouiſsima.nu.159.C.de inoff.teſta.Ruin.in conſi.57.in principio.uol.2.Alcia.in conſil.139.num.4.in 3.tomo. Bero.in conſi.93. nume.10.in fi.& 14.uol.2.& in conſil, 110. in fi.colum.uolu.eo.Grat.in conſi.150.nume.5. uolum.2.

SVMMARIVM.

Non obſtat, ꝙ non agitur de pœna, quia etſi hæres priuetur trebellianica,priuatur lucro quod aliàs eſſet percepturus, lucri autem priuatió non eſt pœna l.Titio centum.ff. de cond. & demonſtr.aliud eſt enim damnum pati, aliud uerò lucra non capere. l.fi.C.de códicil.ut inquit Roma. in ſimili defalcidia in auth. ſimiliter,col.55.uerſ. Item non obſtat.C.ad
31 l.fal.quia reſpondetur primò,ꝙ † trebellianica dicitur æs alienum.Bal.in l.quaque C.ad l.falc.Natta in conſ.528.nu.34.2.reſpondetur, ꝙ ſicut priuare hæredem falcidia dicitur pœna ut in dicto.§.ſancimus.Bero.in conſi.238.nu.9.uol.2.ita & treb.Iaſ.in conſ.84.col.3.uolu.1.notant ſcribentes in l.Marcellus ad trebel.Caſſado.in tit.de teſta.deciſ.3.nu.7.in uerſ.neque enim debemus. Paul. de Caſtro in conſil.162. Alex.in conſi.29.nu.5.uol.5.
32 Secundò non obſtat † ꝙ appellatióne falcidiæ uenit trebellianica, quia reſpondetur ꝙ impropriè, ut dicit glo.in dicta authen.unde ſi parens. Caſſad.ubi
33 ſuprà nu.6.in fi.Bologn.in conſi.19.col.5.quæ † improprietates ſunt excidendæ & non protrahendæ. c.prætereà,de uerb.ſign.de hoc eſt tex. unicus,& ſingularis in §.ſin autem hæres,in auth.de eccle.titulis, in uer.omni falcidia uacante.Barb.in l.cum acutiſſimi.nu.35.de fideicom.Baue.in l.cum filio.nu.8.de legа.1.Picus.in l.in quartam.nu.76.ff.ad l.fal.Soc.Iun. in l.cum filio.n.17.de leg.1.unde, cum impropriè ueniat, dicendum uidetur ꝙ in materia correctoria &

pœnali ubi uerbā debēt ſtrictiſsimè capi appellatio ne falcidiæ non ueniat trebellianica. Caſſad. ubi ſuprà.nu.7. Vlterius, ut dictū fuit non poſſumus dicere ꝙ appellatione falcidię ueniat in terminis noſtris trebellianica cū nō ſint omnino ſimilia ſaltē in caſu æquiperato, ſed diſsimilia, cū ſint plures differentiæ inter falcidiam & trebellianicam ut dictum fuit.

34 Tertiò non obſtat† ꝙ hæres grauatus de reſtituendo, tenetur fideicommiſſario uniuerſali reddere rationem de bonis hæreditariis & per conſequens ad inuentarii confectionē, quod eſt caput reddendæ rationis, quoniam dicitur ipſum non teneri ad confectionē inuentarii ſecundū formā poſitā in l. fi. C. de iure delib.& in auth.de hęred.& falc. ſed ſufficit deſcriptio ſine tanta ſolēnitate, ut p Paul.de Caſtro in l.cū tale.§.1.col.2.de cond.& demonſtr. ubi dicit ita conſuluiſſe, quia in inuentario quod non fit ad commodum hæredis & de quo non loquitur dicta l. fin. non ſunt neceſſariæ ſolemnitates illius legis, ſed ſatis eſt ꝙ fiat ut tutor tenetur. Idem repetit in uerſ.ſed ſecundum quod dixi.ubi ait ꝙ cū ibi non loquatur de illo inuentario de quo in dicta.l.fi.non uidetur ꝙ hęres patiatur illam pœnā, de qua in auth.de hæred.& falc. quia dum imponit pœnam in falcidia, loquitur in inuentario de quo in ipſa.l.fi. quod ſubdit mēti tenendum.quam deciſ.ſequitur Alexan.in l.in ratione.la 1.§.quod uulgò, col.10.uerſic. & dicit Paul. de Caſtro.ff.ad l.falc.quia tempore. ff. quo loquitur dicta.l. cùm tale.§.1. nondum erat inuenta ſolemnitas inuentarii de qua loquitur dicta l.fi.& tex. in authen.ſed cùm teſtator, & de tali inuentario loquitur finalis concluſio tradita per Barto. in l. Marcellus. ff. ad Trebel.ut ibi latius per eum. Paris. in conſil. 43. numer. 78. cum ſequenti uolum. 3. ubi mouetur

hac ratione, nam céſſante ratione fideicommiſſarii fraudentur, de qua per Bal. & alios in d. l. cùm tale. §. 1. debet etiam ceſſare ratio priuationis & pœnæ. c. cum ceſſante. de appel. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. ſed ſi fiat ſimplex deſcriptio bonorum ſine ſolemnitate requiſita in confectione inuentarii de qua in dicta l. ſi. illa ſufficere debet ad quartæ deductionem cum per eam ſit ſatisfactum legi, prouiſum fideicommiſſario, ac ceſſet fraus, & ratio bonorum appareat. rurſus in conſi. 25. nu. 52. uolum. eo. & in conſi. 45. nu. 11. uolum. 3. ubi etiam Caſtren. ſequitur Corn. in conſi. 303. col. fi. in princ. vol. 1. ubi etiam ad hoc allegat. l. facultas. C. de iure fiſci libro 10. ubi alias dicitur ꝙ fit deſcriptio & non inuentarium ſolemne, & in conſi. 180. in 8. q. uolum. 4. Soci. Iun. in conſi. 132. nu. 5. uol. 1. Rui. in conſi. 159. nu. 25. uolu. 3. hanc quoq; ſententiā amplectitur Guid. Pap. in dec. 351. ubi determinat hæredē rogatū teneri facere deſcriptionē de bonis ſubiectis reſtitutioni fideicōmiſſi ad requiſitionē fideicōmiſſarii quæ deſcriptio nihil aliud eſt quàm quædam inuenterizatio. l. ſi quis ita, iuncta glo. in uerſi. deſcriptio. C. de bon. damna. quia mediante tali deſcriptione aufertur hæredi uia malignandi, qui alias ceſſante tali deſcriptione poſſet de facili res hæreditarias diſſipare aut furari in præiudicium ſubſtituti, ut dicit ad litteram text. in dicta. l. ſi quis intra, ibi, ne quid rei priuatæ commodis per gratiā atque concluſionē furto ſubtrahatur, ſubdens ſatis eſſe, ſi talis deſcriptio fiat per notarium in præſentia hæredis, & ſubſtituti uocatis duobus uel tribus ex cognatis uel amicis eorundē, qui talem deſcriptionem tenebūt ſecretā, quæ deſcriptio ſic facta licèt fidem non faciat reſpectu creditorum, & legatariorū, tamen faciet fidē reſpectu hæredis & ſubſtituti,

ſtituti, ſubiungens quoque ꝙ fieri debet ſumptibus ſubſtituti cum ad eius utilitatem fiat. argu.l.fin.§.in computatione.C.de iure delib.

Similiter non obſtat tex.in §.ſancimus,quia reſpõdetur, ꝙ diſpoſita per legislatorem in illo. §. locum habent in legatis & fideicommiſſis particularibus, & non in fideicommiſſis uniuerſalibus. Ana.in conſ. 61.col. 1. ubi dicit ꝙ licèt ille text.mentionem facit de legatariis non exprimendo de uniuerſalibus, ꝙ illud uerbum legatariis, poteſt uerificari in particulari,& non debet illud uerbum uniuerſale ſubaudiri c.cupientes.§.ꝙ ſi per uiginti.quod conſilium reperitur poſitum in quarto uolumine conſiliorum Alex. in conſi.67.q͂d & tenet ibi Bologn. in addit.ad Ana. colum.3.dum ait ꝙ tex.in §.ſi uerò,faciens mentionem de fideicommiſſo loquitur de particulari, & non uniuerſali. Idem repetit in conſi.29.col.2.uerſi. nec obſtat etiam textus. Caſſad.in deciſ.ſuis in titu. de teſta.deciſ.3.num.7.circa finem,Alex.in conſi.29. nu.5.uerſi.non obſtat dictus.§.ſancimus, Alexan.& Iaſ.in dicta.l.Marcellus.Berø.in conſ.79.nu.47.in fi. uerſ.cæterum,& nu.48.uol.2.& in conſi.138.nu. 10. uol.eo.ubi dicit ꝙ dictus.§.ſancimus,loquitur in fideicommiſſo particulari, de quo detrahitur falcidia & non trebellianica. Natta in conſ.220. col. 2. & ſi aliter diceretur,deſtruere illa theorica de qua ſuprà ꝙ hæres rogatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum non tenetur conficere inuentarium, ſecundum formam & ſolemnitatem de qua in l. fi. C. de iure delib. & in dicto §. ſancimus, ſed ſufficit ꝙ per eum fiat deſcriptio ſecundum Paul. & alios ſuprà relatos,quod utique dicendum non uenit, ut igitur ea forma maneat, prout iuri conſonum eſt neceſſariò fateri oportet,ꝙ dictus.§.ſancimus, & alia iu-

ra

rà de quibus in d.auth.de hæred.& falc.loquatur de fideicommiſſo particulari & non uniuerſali.

Vlterius dicitur ꝙ non obſtat ꝙ ſint citandi legatarii & fideicommiſſarii, quia dicitur ꝙ licèt ſint citandi, quia eorum intereſt, non ſequitur propterea ꝙ ſi non fecit inuentarium, perdatur trebellianica, nam citandi ſunt etiam creditores,& tamen propterea non agitur de perdenda trebellianica.Ita Corn. in conſil.180. littera u. uolum.4.ubi inquit, nil facere, quod tantum exclamat Bald.in auth.ſed cum teſtator. Idem dixit Bero.in dicto conſi. 97. ubi ait ꝙ dum ille text. mandat pro forma, & ſolemnitate confectionis inuentarii legatarios uel fideicommiſſarios etiam uniuerſales eſſe citandos, & uocandos ſicut creditores quoque hæreditarii ſunt uocandi, hoc diſpoſuit ut omnes quorum intereſt præſentes forent, ut cognoſcere & uidere poſſent an aliqua fraus ab hærede committeretur in deſcribendo res hæreditarias in inuentario, non autem ad effectum ut reſpectu legatorum uel fideicommiſſorum particularium hæres falcidiam perderet,& reſpectu uniuerſaliũ trebellianicã,quia tex. hoc non dicit,ſed ſolum ꝙ ſi illa forma ſeruata non fuerit,ut quia creditores,legatarii & fideicommiſſarii citati nõ fuerint, tũc ipſe hæres falcidiam non retineat,& legatariis, fideicommiſſariis ac hæreditariis creditoribus ultra uires hereditarias ſatisfacere teneatur, perinde acſi inuentarium factum non fuiſſet. Bolog.conſ.29.col. 3.uerſi.nec obſtat ratio Bald.Imol.in l.1.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi pluſquam per l.falc.quem ſequitur. Iaſ. in l.Marcellus in 1.col.pen.uerſ.ſed reſponde ff.ad Trebel.ubi dicit quòd licèt tex.in d. §. ſancimus,uelit fideicommiſſarium uniuerſalem eſſe citandum per hęredem in confectione inuentarii, non per hoc ſequitur

quitur ergo ſi eum non citat, uel non faciat inuentarium, debet perdere trebellianicam, cum etiam citari debeat creditor uel legatarius ad pias cauſas, aduerſus quos hæres non detrahit trebellianicam, quia pęna ibi impoſita non extenditur ad ipſam trebellianicam.

Præterea dicitur, quòd dum ille text. dicit quòd implebit legatarios uel fideicommiſſarios, debet intelligi etiamſi complendo datio fideicommiſſorum, & legatariorum uires hæreditatis excederet, ut clare illa littera dicit, quæ uerba non poſſunt niſi legatis, & fideicommisſis particularibus conuenire, non autem uniuerſalibus. Nam per dationem fideicommiſſorum uniuerſalium licet trebellianica ab hærede non retineatur, non poſſet ipſe hæres ultra uires hæreditarias dici grauari, cùm hæres per fideicommiſſum uniuerſale grauatus etiam nullo confecto inuentario, & in caſu in quo abſque aliquo commodo teneretur reſtituere ſolum id quod eſt hæreditarium, & quatenus ſunt uires hæreditatis reſtituere teneatur. l. quia poterat. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam ad treb. ita Bero. ubi ſupra nu. 48. & ſequenti.

Præterea pro iſta opinione facit: nam in dicto. §. ſancimus, & in §. ſequēti Imperator pluries repetiit de falcidia, & de trebellianica nullam facit mentionem: per quam geminationem uerborum ad toties replicata arguitur maior, & præciſa declaratio in quidditate ſermonis. l. cùm ſcimus. C. de agrico. & cē ſi. lib. 10. & ideo ſi uoluiſſet etiam loqui de trebelliaca, utique dixiſſet. c. ad audientiam, de decim. Cùm ergo uerbum de hoc non fecerit, utique ſequitur quod nec nos hoc dicere debemus. argumen. l. illam. C. de colla. ſed quòd remanere debemus in diſpoſitione

iuris

Iuris communis, ſecundum quod non reperitur iure cautum quòd propter omiſsionem inuentarii hæres priuatur trebellianica, ut inquit Bald. conſil. 99.uolum.4.

Non obſtat ratio præſumptionis ſubtractionis, &c. quia reſpondetur quòd non uidetur eſſe tanta ratio malignitatis, ſubreptionis, & occultationis quantum in falcidia, ut patet; nam cum hæres grauatus reſtituere per fideicommiſſum ſit certus quòd debeat habere quartam in bonis fideicōmittentis,ut toto tit.ad treb.non eſt ueriſimile ꝙ debeat uti dicta malignitate,& occultatione; quod ſecus eſt in falcidia; quia cum ipſe non ſit certus de illam habendo, lex magis ſuſpicatur de eo, quod aliquid ſubripere poſſit. & ideo cum non militet omnino eadem ratio in trebellianica ſicut in falcidia,meritò non debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.l.4.§.totiens.ff.de damn. in fec.Alex.in conſi.29.col.3.uerſi.Item quia non uidetur, uol.5.Caſſad.in dicta deciſ.3.nu.7.uerſi.ratio uidetur.Bolog.in conſi.29.columm.3.uerſic. nec obſtat etiam. Natta in conſi.110.colu.2.in 1.Bero.in conſi. 93.nu.77.circa fi.uol.2.&in conſi.138.nu.9.uolu.eo. Iaſ.in d.l.Marcellus.col.pen.uerſ.reſpōde multū notabiliter.ubi dicit ꝙ Imperator in d. §. ſancimus.dicit ꝙ uult prouidere ex eo,quia hæredes per ſubtractionem rerum hæreditariarum tentabant inducere falcidiam,ubi alias falcidiæ locus non eſſet. quæ ratio locum non habet in fideicommiſſo uniuerſali; quia in illo etiam ſine ſubtractione rerum hæreditariarum ſemper,& indiſtinctè locus eſt trebellianicæ. & ſic ꝙ ille text. qui ibi in ratione expreſſa uidebatur pro iſta parte ſtringere, fortiter retorquetur ad oppoſitum, cum ratio illa ibi expreſſa non uideatur locum habere in trebellianica.

Non obſtant auctoritates ſuprà citatæ, quia reſpondetur, ꝙ quantum fit ad auctoritates Bart.Bal. Paul.de Caſtro,Iaſ.Beltr.Bero.& Socin.Iun. fundamentum fieri non debet,cū in aliis multis,& pluribus locis,ut eſt uidere,conſtat ꝙ aliter tenuerunt, quibus auctoritatibus tanquam plurimis inhærēdū eſt,teſte Bal. in l.precibus,colu.12.in fi.C.de impub. & aliis ſubſtit.ubi inquit,ꝙ quando gl. uel doctor in tribus uel quatuor locis tenet unum, & in duobus contrarium,illud ſequendum eſt.ſequitur Iaſ.in con ſi.136.col.6.in fi.uol.4.dixi in conſi.60.nu. 45. & 67. nu.33.uol.1.quamuis ad conſilium quod Bart. aſcribitur poſſem dicere ut ait Corn.in conſi.180. in 8. q. uol.4.quod non poſſum mihi perſuadere quod illud ſit conſilium Barto. quia contrariatur omnibus aliis ſuis dictis, quod non ſolet eſſe moris ſui. Nec eſt uerum ꝙ Io.Andr.& Iacob.de Beluiſ.citati per Bar. in dicto loco teneant alteram partem,ut etiam perpendit Corne. ubi ſuprà. quia cum hac negatiua ꝙ non amittatur trebellianica, pertranſeunt, ut ſatis patet in locis iam relatis,ꝙ autem Seyſel.Cagnol.Picus,& Rimin.aliter ſenſerint hoc eſt alienum ab omni ueritate cum Seyſel. dicat hanc partem negatiuā communem.nec in libro meo reperio quod Picus in dicta.l.in quartam,tangat hanc quæſtionem Rimin. uerò in conſi. 231. tenet oppoſitum ad quod allegatur ſimiliter ſi uideatur Capra in concluſione ſua 110.non meruit ad hoc allegari. & ſimiliter Angel. Aret.in d. §. ſed quia inſtit. de fideicom. hæred.non dicit quòd hæres non confecto inuentario amittat trebellianicam,ſed ait dic,ut per Bar.in l.Marcellus & ut dixi in §.2.eo. libro ad l.falc in quo de hoc nihil dicit. Vnde ex his intrepidè concludendum eſſe arbitror in hoc articulo, ꝙ cum hæc pars negatiua

ſit multum æqua, ſecurior & in iudiciis magis cõmu niter recepta, & conſuetudine approbata, quòd tam in conſulendo quàm in iudicando omninò ea ſit ampleɛtenda, & maximè cum illam teneant tot luminaria iuris & præſertim Ioan. Andr. & Bartol. ut inquiunt Caſſad. in dicta ſua deciſ. 3. de te-
35 ſta. in fi. & Natta in conſi. 220. cùm † Io. Andr. fuerit ſpeculum iuris, teſte Ang. in repetitione l. ſi certis annis. C. de pro. ſons. & tuba. iuris canonici, & optimus legiſta. Cald. in c. ueſtra, de cohabit. cler. & mulier. Curt. ſen. in conſi. 35. col. 4. & ualentiſſimus doctor mundi ſecundũ Roma. in ſing. 691. Quanta etiã
36 fuerit & ſit † auctoritas Bar. ſatis patet, cùm fuerit pater iuris. Aret. in conſ. 155. circa fi. & iuris ciuilis illuminator. Panor. in ca. non nimis in 8. col. de immu. eccle. Soci. in conſi. 252. col. penult. & alibi dixit D. Catal. de Boncompagnis in conſi. ſuo incip. Propoſi-
37 ta conſultatio, † ꝙ uidit Bart. cœlos apertos, & ſpiritum domini manentem ſuper eum. Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa, in fi. col. de uerb. oblig. ꝙ auctoritas Bar. eſt ſuprema, & ꝙ eius ueſtigia in terris adorat, & de utroque dicit Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino in tract. de modo ſtudendi. col. 15. quod duorum uirorum ingenia proponit: in quorum dictis rarius inuenitur error uidelicet Ioan. And. & Bar. ut in illos eligas tanquam principales inter commentarios iuris.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium non tenetur ultra uires hæreditarias, quando teſtator mandauit omnia debita ſua ſolui de bonis ſuis.*

2 *Pœna applicanda fiſco ex delicto conſiſtente in faciẽdo, etſi per teſtatorem fiſco auferri non poſſit, tamen*

tamen ſecus in pœna conſiſtente in omittẽdo: quia remitti poteſt, declara ut in nu ſeq.

3 *Tranſigi non poteſt ſuper delicto conſiſtente in faciendo, ſecus in omittendo.*

QVid quando teſtator mandauit omnia debita
1 ſua de bonis ſuis ſolui an † hæres per omiſsionem inuentarii ultra vires hæreditarias tenea tur ratione dictorum uerborum? ſi conſiderentur uerba Bald. in l. 1. C. de his qui pœnę non. in lectura antiqua de quibus per Roma. in rubric. ff. de acquirend. hæred. utique dicendum eſſet ꝙ non, quia cum pœna non conficientis inuentarium a lege ſit introducta ex præſumptione illam teſtator remittere poteſt, quod dictum refert Corn. in conſi. 39. col. 3. in fi. uerſ. & hoc uoluit, uol. 4. pro quo dicto facit glo. ſing. ſe-
2 cundum Dy. in l. 2. C. ad Syllan. quæ uult † ꝙ licèt pœna applicanda fiſco ex delicto conſiſtente in faciendo ipſi per teſtatorem auferri non poſsit. l. ius publicum. ff. de pac. tamen pœna commiſſa ex delicto conſiſtente in omittendo, bene remitti poteſt quam glo. dicit Bald. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar, il primo. ff. de pact. alibi in iure non reperiri, & per quam inquit Iaſ. in l. tranſigere, col. 2. uerſi. 2. notabiliter limita. C. de tranſac. ꝙ licèt regula ſit quòd de publicis criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis non ſit licita tranſactio, tamen hoc notabiliter procedit ſi delictum conſiſtit in faciendo, ſecus ſi in omittendo, ut in caſu dictæ. l. 2. ubi licèt ſeruus omiſſerit defendere
3 dominum inſultatum, puniriq; poſsit, tamen † poteſt tranſigi uel paciſci; nam grauius eſt delictum quod conſiſtit in faciendo, quàm in omittendo. l. ſi mora. ff. ſolut. matr. Vital. in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari in uent. confec. pend. col. 21. uerſi. ſeptimus caſus. Barb. in

in conſi.64.col.antepen.in uerſi.quinimmò,uol.1.

Sed his non obſtantibus aliam partem amplectendam fore exiſtimo,ut conſtat ex his quæ ſcribit Barba.in c.Raynaldus,col.51.uerſicu.7.limita, de teſta: ubi expreſsè determinat contra Bald. per rationem quæ habet,nam expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operantur.l.non rectè.ff.de fideiuſſ.ſed quandò teſtator condit teſtamentum & aſcribit legata, uidetur uelle ꝙ de bonis ſuis ſoluantur.l.C. de ſacroſan. eccle. & tamen illo caſu non uidetur remittere confectionem inuentarii, quam expreſſe remittere non potuiſſet. Verba enim generalia teſtantis ad ſibi impoſsibilia non adaptantur.l.1.§.loquitur.ff.de magiſt. conuen. Item quia eo ipſo ꝙ hæres non conficit inuentarium, quæſitum eſt ius creditoribus & legatariis.l. fi.§.ſi autem,C.de iure delib. quod ſine eorũ facto ipſis auferri non potuit; tum quia per hoc inuiteretur hæres ad delinquendum, quod eſſe non debet.l.conuenire.ff.de pac. dota. Iterum Barba. ibi in col.152.uerſi.quintò limita.Hanc quoque partem tenuerunt Io. de Petru.in auth. præterea. C. unde vir & uxor.ubi etiam Modern. Peruſini,& Fab. de Pep. num.56.propter præſumptionem reſultantem ex lege ꝙ hæres ſubtraxerit bona. 2

Non obſtat dictum Bald.in d.l.1. quia ut dictum fuit, reprobari uidetur, nec Corne. ubi ſuprà firmat pedes,ut in fine conſilii.

Pariter non obſtat dictum ſingulare glo. in d.l.2. quia reſpondetur,ꝙ eſt diuerſa ratio inter unum caſum,& alium;quia fiſcus tractat de lucro captando, creditores uerò de damno uitando.l.fi.C.de codicil. quam reſponſionem inquit menti tenendam Barba. in d.c.Raynaldus, col.52.in princ.Verùm quia huiuſmodi reſponſio ſolum poteſt adaptari inter fiſcum,

& creditores, & non reſpectu legatariorum, qui etiã dicuntur tractare de lucro. l. hæreditatem. ff. mand. & ſic reſpectu ipſorum poſſet militare diſpoſitio dictæ glo. ideo alio modo reſpondetur, quod illa glo. relata ad text. loquitur de delicto conſiſtente in omittendo ex cauſa de præterito, ſecus in delicto, quod conſiſtit in omittendo de futuro; quia primo caſu quis nõ inuitatur ad delinquendũ ex quo factum eſt de præterito, quod ſecus eſt in ſecundo caſu, in quo quis inuitatur ad delinquendum. ut in §. ſi uerò non fecerit in auth. de hæred. & falc. ideo nimirum, ſi non ualet diſpoſitio. Ita Barba. in dicto c. Raynaldus, colu. 154. in princ. ubi inquit hoc menti tenendum; quia eſt noua ſua conſideratio.

SVMMARIVM.

1 *Hæres priuilegiati ne teneatur ultra quam facere poſſit, tenetur ultra vires hęreditarias non confecto inuentario.*

1 QVid † de hærede eius, qui priuilegium habebat ne teneretur ultraquam facere poſſet, iuxta l. ſunt qui in id. ff. de re iud. an ſi hæres non confecerit inuentariũ, teneatur ultra uires hæreditarias? Ang. in l. ſ. §. hæc ſtipulatio. col. 2. in fi. uer. Idem dico directè. ff. ſi pluſquam per l. falc. ubi etiam Imol. col. 2. in fi. tenet quod non cum quorum dicto tranſit Ro. in rub. ff. de acqui. hæred. Porcel. in trac. de inuent. c. 4. colum. fin. in princ. nec non & Vital. in trac. clauſu. in uerbo Nil nouari inuent. confec. pend. col. 22. uer. undecimus eſt.

In contrarium tamen tenent Alex. in l. fi. in §. etſi præfatam, colu. 2. in uerſ. & ita etiam in hærede, ubi

etiam Iaſ.col.2.in uer.adde generalius.C. de iure de lib. quia huiuſmodi priuilegium eſt perſonale & nõ tranſit ad hæredem.l.ſciendum & l.maritum.ff.de re iud.Barba.in repet.c.Raynaldus,col.52.uerſic. decimò limita, de teſta. quia in eo militat ratio præſumptiua legis de qua in §.ſi uerò non fecerit,in authen. de hęred. & falcid. quòd ſurripuerit bona hæreditaria, & ideo tenetur ex ſuo delicto, quia legem contempſit,ut in dicto.§.ſi uerò,& in col.154.uerſi.octa uò limita.

SVMMARIVM.

1 *Hæres omittens confectionem inuentarii non perdit beneficium.l.cum hęred.ff.de acqui.hæred.*

1 QVæro † an hæres, qui non confecit inuentariũ, perdat beneficium.l.cum hæreditate.ff. de acq. hæred.Barto.ibi in dicta.l. uerſic.reſpondet, tenet ꝙ non, quia propter omiſsionem inuentarii hæres nõ grauatur niſi in hoc, quòd teneatur inſolidum, & quod non poteſt uti beneficio.l. falcidiæ, ſed ꝙ perdat beneficium illius.l. non reperitur expreſsũ, de in corpore de hæred.& falcid, §.ſi uerò non fecerit, quod dictum tanquã notabile ſequitur ibi Paul. de Caſtro col.2.uerſi.tertia & ultima, & Imol.in fi.Angel.a Gamb.in trac.de teſta.glo.12.nu.15.in fi. Imo. in l.1.§.hæc ſtipulatio,col.pen.in princ.uerſi.Item ad de circa ſecundum.ff.ſi pluſquam per l.falc.

SVMMARIVM.

1 *Is cui adiiciuntur bona cauſa libertatis, non tenetur ultra uires hæreditarias inuent.non confecto.*

1 INuentarium ſi non conficit is, cui libertatis cauſa bona adiiciuntur, iuxta titu. inſtit. de eo cui liber. cau. bon. adii. non tenetur ultra uires hæreditarias; quia iura diſponentia de inuentario loquuntur de hærede, ſed iſte eſt annormalus ſucceſſor, ut dicit glo. in uerbo ſucceſſor in §. fin. inſti. eo. tit. Iaſ. in l. 1. col. pen. uerſic. tertiò limita. C. de ſacro ſan. eccle. ubi inquit ꝙ talis ſucceſsio dicitur noua & miranda, annormala & extraordinaria, cum non ſuccedatur nec ex teſtamento nec ab inteſtato ſed ex diſpoſitione legis, & ideo inquit ibi poſt Barto. ꝙ quando bona adiiciuntur alicui ut conſeruentur legata ad pias cauſas ſicut in legatis libertatum per titulum ſupra ſcriptum de eo cui liber. cau. non requiritur additio. Ita Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, colu. 3. circa principium in uerbo ſuccedentes. ff. ſi pluſquam per l. falc. Corn. in l. fi. nu. 17. C. de iure delib. & ibi Alex. in §. etſi præfatam, col. 2. Barb. in c. 1. col. pen. de teſta. Nã, qui non eſt propriè hæres, non tenetur ultra uires bonorũ, licèt inuentarium non cõfecerit, ut per Bar. in rub. de acqui. hæred. ubi ille qui ſuccedit in bonis uacantibus cum non ſit propriè hæres ſed magis ſucceſſor bonorum, nõ tenetur ultra uires hæreditarias licèt inuentarium non confecerit. Bal. in l. ſi infanti, col. 2. uerſ. quintò. C. de iure deliber. Multa exempla ponit Corn. in l. fi. in princ. nu. 27. C. eo. tit. de iure delib. Vaſq. in trac. de ſucc. §. 16. nume. 15. ubi dicit poſt Alexan. ꝙ ubi bona ad aliquem perueniunt non tanquam hæredem, non tenetur ultra uires hæreditarias inuentario non confecto, quod inquit diligenter notandum. Verũ eſt ꝙ Iaſ. in d. l. fin. §. etſi præfatam, col. 2. uerſ. tertiò ſingulariter fallit, dicit eſſe text. in contrarium in §. 1. in uerſ. ſi Idoneè inſtit. de eo cui liber. cau. bon. adii. ubi ille qui petit ſibi bona adiici, debet

debet idoneè cauere creditoribus ſuper quo dicit eſſe conſiderandum; ſed ad illum reſponderi poteſt ꝙ quamuis text. ibi dicat præſtādam fore fideiuſſionem de ſoluendo creditoribus, tamen non dicit ꝙ obligetur ultra hæreditarias non confecto inuentario, & bene, quia talis non dicitur ſuccedere defuncto per repræſentationem ſed per annichilationem, ut ibi per Iaſ. in d. §. 1. nam, ut dictum eſt, illi qui ueniunt ut ſucceſſores & non ut hæredes, non tenentur ultra uires hæreditarias omiſſa inuentarii confectione, ut etiam dixerunt Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi pluſquam per l. fal.

Vlterius conſiderandum eſt ꝙ ille text. tantum loquitur de fideiuſsione prſtāda creditoribus, & non legatariis, quibus tamen per hæredē non conficientem inuentarium, ſolui debent legata quamuis uires hæreditariæ non patiantur, ut notatur communiter per ſcrib. in d. l. fi. C. de iure delib. Vnde cum non ſit diuerſa ratio inter caſum illius. §. 1. & caſum noſtrū non meruit ad hoc allegari; nam ex diuerſis non fit bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. 2

SVMMARIVM.

1 *Hęres creditoris dolo inductus ad adeundum hæreditatem, inuentario non confecto tenetur ultra vires hęreditarias.*

2 *Credulus quis eſſe non debet.*

1 QVid dicendū † de hærede qui dolo creditoris inductus fuit ad adeundam hæreditatē, an poſſit conueniri ultra uires hęreditarias inuent. non confecto? Bal. in l. fi. ff. de dolo, determinat quòd

 non,

non,quia propter dolum commiſſum creditor non debet audiri,ſequitur Alex.in rub.ff.de acqui.hæred. in fi.dum ſe remititt ad Bal. ubi ſuprà . ſed expreſsè in l.fi.§.etſi præfatam, col.2: C.de iure delib. Vital.in trac.clauſ.in uerbo Nil nouari in uent.confect.pend. col.21.uerſi.quartus eſt caſus.Contrarium tenet Barba.in c. Raynaldus , col.51.uerſi.ſextò limita,de teſta.dicens dictum Bal.non probari in dicta.l.fi. quia licèt tex. dicat ꝙ hæres non teneatur ultra uires hæreditarias quando dolo fuit inductus ad adeundũ, non tamen loquitur quando non conficit inuentarium,nam ille tex.procedit de iure digeſtorum,ſecũdum quod non erat inuentum ius inuentarii ; Vnde
4 imputari debet ſibi hæres † ſi nimium fuit credulus. l.1.ff.de eo per quem fac. erit. Item & quia iſto caſu non ceſſat præſumptio legis ꝙ ſurripuerit bona hæreditaria , & etiam quia præſumitur ꝙ uoluntariè ſe obligauerit,non conficiendo inuentarium.argu.l.codicillus.§.fi.de lega.2.quę dicit, audi ſtultum teſtatorem,non tamen ſibi prodeſt ſtultitia ſua. Idem repetit ibi in col.152.in fi.uerſi.4.limita.

SVMMARIVM.

1 *Homo magnę ſanctimoniæ hęres alicuius omiſſa inuentarii confectione non tenetur vltra vires hæreditarias ſed contrà nu.4.*

2 *Homo magnę ſanctimoniæ ſi litigat & ſuccumbat ob in iuſtam cauſam non pręſumitur quòd aliquo colore in iuſto litigauerit.*

3 *Iudex licèt quis eſſe non poſſit in cauſa ſuorum , tamen fallit ſi eſſet religioſus Ordinis Charthuſienſium.*

Lega-

4 *Legalitas magna perſonarum operatur vt a communibus regulis recedatur.*
5 *Imperator hæres inſtitutus ſi non conficit inuentarium, tenetur ultra vires hęreditarias.*
6 *Imperator appellatur ſanctiſſimus, religioſus, ſacratiſſimus, Deus in terris.*
7 *Imperator quicquid facit, vt Deus facere uidetur.*
8 *Imperator dicitur miniſter Dei.*
9 *Eccleſia hęres inſtituta tenetur vltra vires hæreditarias inuentario non confecto.*
10 *Eccleſia eſt mater fidei & religionis.*
11 *Eccleſia eſt tronus Dei.*
12 *Eccleſia eſt cultrix iuſtitię & auctrix.*
13 *Eccleſię officium eſt corrigere malefacta in prę iudicium animarum.*

1 HOmo † magnæ ſanctimoniæ an teneatur ultra uires hæreditarias non confecto inuentario? Primò aſpectu uidetur dicendum ꝙ non, cùm in eo uideatur ceſſare præſumptio ſubreptionis de qua in §.ſancimus, in auth. de hæred. & falc. per text. in cap. 2. de oper. no. nun. per. quem tex. dixit Hoſtië.
2 in ca. finem litibus, de dolo & contuma. ꝙ ſi † homo ſanctimoniæ magnæ litigans ſuccumbat propter iniuſtam cauſam, non præſumitur ꝙ aliquo colore in-
3 ducto litigauerit. Hinc eſt † ꝙ etiam licèt quis non poſſit eſſe iudex in cauſa ſuorum, ut in c. poſtremò ubi doct. de appel. Iaſ. in l. qui iuris dictioni, col. 1. de iuriſd. om. iud. tamen ſi eſſet religioſus ordinis Carthuſienſium admitteretur ad iudicandum, ut tradit Specu. in tit. de iuriſd. om. iud. §. ſuper eſt, uerſi. quid ſi non eſt conſanguineus, quem ſequitur Iaſ. ibi & in

5 conſi.12,colum.4.uol.1.nam†propter magnam legalitatem perſonarum licitum eſt recedere a communibus regulis,ut per multa exempla demonſtrat Iaſ. in l.iubemus col.2.C.de iud.Fel.in c.ſuper his, colu. fi.de accuſa.Girard.in ſing.82.

His tamen non obſtantibus contrariæ ſententiæ eſt adhærendum ex infraſcriptis, & primò, quia nul

5 li dubium eſt ꝙ † ſi Imperator eſt hæres inſtitutus,& non conficit inuentarium, tenetur ultra uires hæreditarias,ut per Iaſ.in l.fi.in princ.colum.2.ubi etiam Corn.nu.28.C.de iure delib. per tex.in §.pen.in uer. etiam Imperiali culmine,de hæred. & fal. Barba. in c.Raynaldus,col.53. de teſtam. dixi ſuprà, & tamen

6 † ipſe eſt ſanctiſsimus.l.3.ff.de nata.reſtit.l.cum Sylleianum. C.quib.ut indign.l.unum ex familia.§.fi.de lega.ubi appellatur religioſiſsimus. Item ſacratiſsimi.C.de nou.cond.cōp.in princ.alias Deus in terris. l. Imperiali. C. de nup. ſi igitur hoc habet locum in

7 principe ſupremo,qui eſt iuſtior & ſanctior, & † qui quicquid facit uidetur facere ut Deus ut in authen.

8 de hær.& fal.& qui† miniſter Dei ēt dicitur.Io.Igne. in l.neceſſarios.§.nō aliàs,uerſi.ſed cū pleriſque. nu. 163.ad Syllan.auth. habita, ibi, & nobis eius miniſtris.C.ne fil.pro patr.ubi Salic.ubi etiam Bologn. in nu.168. ergo & idem in caſu noſtro. Idem uidemus

9 ꝙ† ſi eccleſia eſt hæres inſtituta tenetur ultra uires hæreditarias non cōfecto inuentario,ut latè per doctor.in l.fi.§.fi.C.de iure delib.& ut patet ex his quæ abundè dixi ſuprà in quæſtione de eccleſia.& tamen

10 † eccleſia eſt mater fidei, & religionis.l. iubemus. §.

11 uerùm,in fi.C.de ſacro.ſan.eccle.† Tronus Dei.Spe-

12 cul. in procem. in princ. † Cultrixq; iuſtitiæ & auctrix.Bal.in l.ex lege,in 6.quæſt. C. de cond. ob cau. l.acceptam,in fin.C.de uſur.text.in c.ſi clientulus.§.

13 ſi diuerſum,de alie. feud. † & cuius officium eſt corrigere malefacta in præiudicium animarum. Clem. ſi.§.9.& ubi Card.de hær.c.nouit,de iud Vnde ex his dicendum uenit quod ſi huiuſmodi tenentur ultra uires hæreditarias non confecto inuentario,quod idem dicendum ſit de homine magnæ ſanctimoniæ.& ita in terminis tenet Barba.in repet.c.Raynaldus, col.53. de teſta. Tiraq. in trac. de pœnis tempor. cauſa 51.nu. 111.& 14.

Non obſtant adducta in contrarium; quia in dictis caſibus non militat ratio præſumptionis de qua in dicto §.ſancimus,ut in caſu de quo agitur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum, ſi adiuit hęreditatem ſine beneficio inuentarii, non poteſt deducere aduerſus fideicōmiſſarium id quod ſibi debetur a defuncto,ſed cōtrà ſecundum communem nu.5. & ſequen.*

2 *Creditor ſi ſuccedit debitori confunditur actio.*

3 *Creditor quis eſſe non poteſt ſui ipſius.*

4 *Actio & paſſio in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt.*

5 *Creditor ſi ſuccedit debitori nedum confunditur actio,ſed etiam locum non habet retentio.*

6 *Declaratio ad text.in l.ſi.§.in computatione.C.de iure deliber.*

7 *Hęres de iure digeſtorum poterat deducere, quod ſibi debebatur aduerſus fideicommiſſum, non tamen aduerſus creditores.*

8 *Bona propria grauata non ueniunt in fideicommiſ-*

ſo uniuerſali.

9 *Vxor inſtituta & grauata non conficiens inuentariũ, poteſt deducere dotem ſuam.*

1 Pone hæres † grauatus reſtituere hæreditatẽ per fideicommiſſum, adiuit hæreditatem ſine beneficio inuentarii utrum poſsit aduerſus fideicommiſſarium deducere id quod ſibi debebatur a defuncto ex alio contractu? Primo reſpectu uidetur dicendum ꝙ in reſtitutione fideicommiſsi, quam habet facere hæres poſt mortem ſuam ſubſtitutio non poſſit deducere, & retinere illud in quo erat creditor de bonis hæreditariis reſtituendis. Quoniam conclu-

2 ſio eſt clara, ꝙ ſi † creditor ſuccedit debitori, actio confunditur. l. debitori. C. de pac. l. mucianæ, in fi. ff. de cond. & demonſt. ſcriben. communiter in dicta. l. debitori, & in l. fi. §. in computatione. C. de iure deli.

3 Ratioq; aperta eſt, quia † quis non poteſt eſſe credi-

4 tor ſui ipſius, cum † actio & paſsio in eodem ſubiecto concurrere non poſsint. Bal. in l. ſi uxor, in princip. in 2. not. C. de bon. autho. iud. poſsid. docto. in d. l. debitori. Nam nõ debet eſſe diſtinctio perſonarum inter debitorem, & creditorem. l. 1. ff. de ſtip. ſerut. ca. fi. de inſtit. quod etiam procedit, dato ꝙ ſucceſsio non ſit remanſura penès hæredem, ut quia alteri teneatur reſtituere hæreditatem, ut in caſu noſtro. Ang. in l. de ducta in princ. ff. ad treb. quem ibi ſequitur Alexan. in princ. in 1. notabili, & Imol. in prin. ubi inquit hoc menti tenendum, quia ampliantur omnes leges dicẽtes extingui actionem quando creditor debitori ſuccedit, de quo in dicta. l. debitori. ubi idem ibi tenuerunt Iaſ. col. 1. uerſicu. amplia iſtam regulam. Dec. in princ. uerſi. & ampliatur ac Purpurat. col. 3. uerſi. ultimò ampliat. Nec habet obſtare ſi dicatur, ꝙ licèt ſit

5 confuſa actio per ſupradicta, non tamen † quantum ad retetionem, quin poſsit grauatus deducere quod ſibi debebatur a defuncto.l.in imponenda. l.irritum. C.ad l.falc. quia reſpondetur iſtud locum non habere niſi quando confectum eſt inuentarium, ut in terminis uoluit Imol.in l.ab omnibus. §.fin.ff.de lega.1. & in l.debitor,in princ.ff.ad trebel. per text.in l.fi.§. in computatione.C.de iure delib. Imò plus uidetur dicendum ꝙ ubi potuiſſet deducere, & reſtituiſſet, nec retinuiſſet per errorem, idem eſſet dicēdum per regulam prædictam,ut per aditionem hæreditatis ſit confuſa actio & extincta,& quæ ſemel expirata amplius non poteſt reuiuiſcere.l.qui res. §.arcani.ff. de ſolut.Rui.in conſi.99.nu.4.uol.2.

Sed præmiſsis non obſtantibus contraria ſententia eſt de iure uerior † & frequentiori calamo recepta ut in primis uoluit Paul.de Caſtr. in l. ita tamen. §.ſi ex trebel.ff.ad treb. ubi inquit ꝙ non repetit doctorem tangentem hanc quæſtionem, & multi credunt ꝙ non,per l.fi.§.in computatione. C.de iure delib. a contrario ſenſu cum actio ſit confuſa per aditionem hæreditatis.quia reſpondet ꝙ ipſe pluries

6 conſuluit contrarium,& non obſtare † tex.in §.in cō putatione quia text.ille loquitur in caſu in quo quis uellet deducere contra creditores uel legatarios ſingulares quorum credita, & legata poſſunt tranſcendere uires hęreditarias,quia hæres eis ēt tenetur de ſuo, non ſic aduerſus fideicommiſſarium uniuerſalem, cuius fideicommiſſum non poteſt tranſcendere uires hæreditatis; quia non ſit niſi de hæreditate, & de eo quod eſt in hęreditate, & non dicitur eſſe niſi

7 quod ſupereſt deducto ære alieno.Vnde † ſicut de iure digeſtorum poterat deducere aduerſus fideicommiſſum,non tamen aduerſus creditores, quibus inſo lidum

lidum tenebatur: ita & hodie cum non confecto inuentario remaneamus in iure ueteri reſpectu creditoris,& fideicommiſſarii uniuerſalis, licèt reſpectu legatorum ſecus, quia de iure illo ultra uires non debebatur.l.1.§.ſi is qui quadringenta. ff. ad trebel. hodie ſic non facto inuentario, & ſic idem eſt in eis quod in creditoribus olim.quod inquit menti tenendum, quia milies habebis de facto.& miratur q doctores non tangant.Iterum in l.ab omnibus. §. fin.ff. de lega. 1. ubi etiam aic hoc memoriæ mandandum quia aliàs uidit ualentes uiros errare, dicẽtes q per non confectionem inuentarii hæres perdit deductionem eius quod ſibi debetur aduerſus fideicommiſſarium uniuerſalem,per §.in computatione, quod eſt falſum, & q ita conſuluit; quod conſilium eis placuit, quo uiſo mutauerunt ſententiam. Ratio eſt in promptu,nàm de iure ueteri hæres tenebatur in ſolidum creditoribus, & tamen aduerſus fideicommiſſum poterat deducere quod ſibi debebatur.l. in imponẽda.l. irritum. C. ad l.falcid.rurſus in conſi.164. col.1. ſecundum antiquam impreſsionem.quoniam
8 †in fideicommiſſario uniuerſali non ueniunt bona propria grauati.l.cohęredi.§.cum filiæ. de uulgar.& pupil. Item inquit hanc eſſe concluſionem q quando creditor ſuccedit debitori tam olim quàm hodie confecto inuentario, & non confecto, confunditur actio ipſo iure;quia ſi non confunderetur,eſſet dicere quòd creditor eſſet ſibi obligatus, quod eſſe non poteſt.l. frater a fratre. ff. de condit. indeb. cum ibi notat. in fi.1.glo.magnæ. ſed ſi quæritur an confundantur cum effectu quantum ad hoc ut deducere uel retinere non poſsit, eſt diſtinguendum inter iura uetera, noua & nouiſsima. de iure ueteri.ff. aduerſus fideicommiſſarium uniuerſalem, & etiam legatarios

rios deducebat, quia eis non tenebatur ultra uires hæreditarias. aduerſus uerò creditores non: quia eis bene tenebatur ultra uires. hodie uerò ſi non conficit inuentarium, deducet aduerſus omnes; quia nullus tenetur ultra uires. dicta l. fi. §. etſi præfatam, ſi uerò non eſt confectũ; tunc aduerſus creditores. Idem hodie quod olim aduerſus legatarios particulares, aliud hodie quàm olim, quia hodie tenetur eis ultra uires hęreditarias, olim nõ. aduerſus uerò fideicõmiſſarium uniuerſalẽ; ſimiliter idẽ & hodie quod olim; quia ſicut alias non tenebatur ultra uires hærędi tarias, ita nec hodie & ſic poteſt deducere. etſi dicatur, quare aliud in fideicommiſſario uniuerſali quàm in ſingularibus, reſpondet rationem eſſe, quia ſingularia relicta poſſunt fieri ultra uires hæreditatis; quia non fiunt de ipſa hæreditate ſed de aliis rebus. nam, qui habet centum in bonis poteſt legare ducenta, ſed fideicommiſſum uniuerſale non poteſt fieri ultra uires hæreditarias cùm fiat de ipſa hæreditate. & ſubdit iſta eſſe clara, quæ palpantur manibus & ſunt ipſa ueritas. alibi in conſi. 165. col. 1. & in conſi. 211. ſecundum antiquam impreſsionem, & in l. debitor, col. 2. ad Trebel. ubi plus dicit ꝙ ſi non retinuit per errorem, licèt non habeat actionem primam tamen aliter ſibi conſulitur. Iſtud idem uoluit Bald. ante Paul. de Caſtro de quo ipſe memor. non fuit in l. debitori, ſed prius antę omnes Bar. in l. ſi debitor, in ff. ad Trebel. per iura ibi per eum citata. idem tenuit Alex. in d. §. ſi ex trebelliano, col. 2. circa fi. uerſ. quæro. pone. & in l. debitor, col. 7. uerſicu. ultimò extra gl. per tex. in dicto §. ex trebelliano. & in l. cum hæreditas ex fideicommiſſo. eo. tit. ad treb. in l. Stichum aut Pamphilum. §. 1. cum glo. in uerſi. retinet. ff. de ſolut. ubi refert idem tenere Rapha.

Cuma.alibi Alex.in conſi.124.in fi. uolu.7. Capra in conſi.150.in fi.Soc.in conſi.44.col.2.uolu.3.Soc.Iun. in conſi. 8.nu.29.cum ſeq.uol.2.& in conſil.170. in 1. uol.eo.Ang.in conſi.64.in ſecundo dubio ubi conſul uit,inſtitutum grauatũ poſſe deducere contra fideicommiſſarium non ſolum debitum ciuile & naturale ſed etiam naturale ſolum,quia iura arctantia hęredem conficere inuentarium in hoc nihil de antiquo immutauerunt,ſed ſolum prouident contra hęredes quando uolunt uti lege falcidia contra legatarios ſingulares.Io.Anto.de Tigro.in ſing.1.Paris.in conſi. 25.in 8.dubio,uol.2.conſi.31.nu.53.conſi.69.col.penul.uol.eo.& in conſi.48.col.2.uol.3.Franc. Marc.in 1.par.deciſ.Delph.deciſ.331.nu.16. Rui.in conſi.67. col.fi.uol.2.conſi.112.circa finem in conſi.114.col.fi. conſi.115.nu.11.uol.eo.& in conſi.89.nu.43.uolu.eo. Crot.in l.ſi is qui pro emptore. nu.176. ff.de uſucap. Roma.in conſi.276.in 2.dubio dixi in conſi.65.uol.2. hanc quoque ſententiam amplectuntur ultra Bald. in d.l.debitori,Soc.ibi col.fi.in fi. Dec.col.1. Purpurat.nu.26. Natta in conſi.255. nu.9.& in conſil.323. col.1.in fi.& Iacob.Aemil.in conſi. 35. nu.8.cum pluribus ſequentibus.Alcia.in conſi.19.nu.3.in 3.tomo. Soci.in conſi.44.col.fi.uol.3. & 91.nu.3.uol.eo. Ant. Gameſ.in comen.ſuis in tomo.1.in c.5. dicitur ſubſt. fideicom.nu.12.uer. unum tamen eſt. Bero. in conſi. 97.col.fi.uerſ.ſed his omnibus, uol.2. ubi atteſtatur
† hanc eſſe † communem, & ex his conſuluit Paul.de
9 Caſtro in citato conſi.164.q † uxor quæ debet habere dotes ſi fuit inſtituta a uiro,& grauata de reſtituẽdo hæreditatem,& non confecit inuentarium,ſed adiuit ſine eo, poterit deducere & retinere dotem ſuã reſtituendo fideicommiſſum . Cuius ſententiam tenuerunt.Soc.in dicta.l.debitori,in fi.ubi inquit, hoc

menti

menti tenendum; quia de pane lucrando, ubi etiam Dec.col.1.Paris.in conſi.25,in 8.dubio uolu.2.Iaſ.in conſi.28.uol.3.Soc.Iun.in conſi. 170.in 2.col.uolu.2. Rui.in conſi.69.uol.2.col.pen. Ang.a Gamb.in trac. de teſta.glo.112.nu.5.& ergo conſultus ita reſpondi ut in conſi.65.uol.2.Soci.Iun.in conſi.57.col.1.uol.3. Bero.in conſi.37.col.3.in fi.uol.1. & Natta in conſil. 255.nu.7.Grat.in conſ.160.nu.51.uol.2.Anto.Trigo. in ſing.ſuo 1.nu.4.

Nec obſtant adducta in contrarium, quia ueritas eſt ꝙ licèt confundantur actio, non tamen retentio, † ut † communiter uolunt doct.in dicta.l. debitori, & in §.in computatione, ac in aliis locis, ſupra citatis, ex quibus apparet inſulſè loquutos fuiſſe Imol. & Rui.in locis ſupra citatis,& hanc quoque fore receptam doctorum ſententiam tradit Bero. in citato conſi.97.in fi.& Aemil.ubi ſupra, ubi contra Imol.in dicta l.ab omnibus eſt communis opinio;quia dictus §.in computatione, tantùm locum habet quòad creditores & legatarios particulares,non autem quòad ipſum hæredem creditorem & fideicommiſſarium uniuerſalem ut ſuprà dictum fuit.Nec eſt uerum qđ exaduerſo dictum fuit,ꝙ ſi hæres non deduxiſſet, & ſic reſtituiſſet ex quo actio ſemel eſt extincta, quæ non poteſt amplius reuiuiſcere, non poſſet agere ad id quod ſibi debebatur per defunctum; quia contrarium eſt uerius,ꝙ imò ad illud agere poteſt, ut per Paul.de Caſtro in d.l.debitor,col.2.uerſi.Ideo diſtingue,& per glo.fi.in dicta.l.ita tamen.§. ex trebelliano, ubi datur utilis ex æquitate ſecundum Paul. ibi & Aemil.in d.conſi.35.num.9.cum ſeq.uel conditio indebiti ſecundũ Raph.in dicta.l.debitor, & Aemil. ubi ſuprà nu.10.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ creditrici defuncti ſatisfacere debet hęres non confecto inuentario, etiam ultra uires hęreditarias.*

1 SI eccleſia eſt creditrix defuncti, & hæres omiſit inuentarii confectionem, an teneatur ultra uires hæreditarias ſatisfacere eccleſiæ? Videretur primò dicendum ꝙ non, quia ſi pro delicto uero nõ accipit pœnam ut in c.fraternitas.12.quæſtio.2. ergo multò minus capi pro delicto præſumpto & non uero,& de quo §.ſancimus,in auth.de hæred. & fal. Tu tamen teneas contrarium,quia in caſu dicti c.fraternitas,eccleſia recuperat ſuum proprium,ſed pœnam non accipit,ex eo quia tendit ad lucrum,ut uoluit Io. Andr.in c.fi.de elec.in 6.Bald.in l. Martires. C.de ſacro ſan.eccle. ſed in caſu noſtro agitur de dãno uitando eccleſiæ, quo caſu magis ſuccurritur tractanti de damno quam de lucro.l.fi.§.etſi præfatam. C.de iure delib.l.fi.C.de codil.l. iuris ignorantia, & l.error.ff.de iur.& fac.igno.ita decidit Barba. in rep. c.Raynaldus,col.168.uerſic.ſed eſſet de teſta.ubi inquit hanc dubitationem a nemine tactam,& deciſionem ipſam menti tenendam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pro legatis piis non confecto inuentario, non tenetur vltra vires hæreditarias.*

1 AN hæres,qui non confecit inuentarium, teneatur ultra uires hęreditarias pro legatis ad pias cauſas? Bart.in l.cunctos populos, col.9.uerſic.

tertiò

tertiò quęro. C. de ſum. Trin. & fide catho. ponit hãc quęſtionẽ & determinat ꝙ non. Idem ibi etiam tenent Bal. col. 17. uerſ. ſup tertio. ac Alex. in addit. ad Bar. ibi nec non & Beſſe. nu. 13 1. in uer. & ſic ex iſtis. Et ratio eſt, quia in huiuſmodi relictis attenditur forum conſcientiæ, ſecundum quod nõ attenditur præſumptio ſubtractionis de qua in §. ſi uerò non fecerit, in auth. de hæred. & falc. ſed mera ueritas. Alex. in l. fi. in §. etſi præfatam, colu. 2. in fi. C. de iure delib. dum remittit ſed ad dicta per Bal. in loco de quo ſuprà. Vital. in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari. inuent. confec. pend. col. 11. in fi. uerſi. dicimus eſt. & pro hac parte bene facit quod inquit Bal. in conſi. 265. uol. 3. ubi inquit, ꝙ licèt eccleſia uel pauperes ac ipſorum executores citandi ſint in confectione inuentarii per §. ſancimus, in authen. de hæred. & falc. tamen licèt non fuerint citati, nunquam exigunt niſi uſque ad uires hæreditarias, quæ ſunt in ueritate, & non in præſumptione, ut not. Docto. in ca. quamquàm de uſur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſecundum communem non confecto inuẽtario ex delicto defuncti non tenetur ultra uires hæreditarias tã de iure ciuili quam de iure canonico.*

2 *Hęres ex delicto defuncti lite conteſtata tenetur inſolidum.*

3 *Hęres de iure canonico ex delicto defuncti tenetur etiamſi ex eo crimine nihil ad eum peruenerit.*

1 NVnquid† hæres non confecto inuentario ex delicto defuncti teneatur ultra uires hæreditarias tã de iure canonico q̃ de iure ciuile? Et cõcluſiuè loquendo dicas ꝙ non; quoniam de iure ciui

ſi clarum eſt ꝙ ex delicto defuncti hæres non tene-tur niſi pro ea parte quæ ad eum peruenit ante litē conteſtatam.l.1.§.fin. cum l.ſequen.ff.de ui,& ui ar-
8 ma.l.fi.§.quæſitū.ff.de precario. uel inſolidum† quotiens lite conteſtata defunctus deceſſerit. l. 1. C. ex delicto defuncti.Bero.in conſi.98.nu.39.uol.1. & li-
5 cèt†de iure canonico aliter ſtatutum ſit,ꝙ hæres teneatur ex delicto defuncti, etiamſi ex eo crimine ni
6 hil ad eum peruenerit,ut eſt gl.† communiter approbata in c.fi.de ſepult. Vaſq. in lib.3.c.96.nu.26.uerſi. ſexta limitatio tamen id modificatur locum habere quatenus ſubſtantia defuncti patiatur & non ultra, etiam non confecto inuentario.Abb. in c.in litteris, de rapto.poſt Ioan.And.ibi per eum citatum.Bal.& Sali.in l.furti.C.de furt.Geminia.& Franc.in c.quan quam.de uſur.in 6.Bal.in notab.ſuis in uerbo inuentarium,il 2.in fi.& in uerbo hæres de iure canonico. Franc.Marc.in deciſ.766.& de hoc eſſe de conſenſu
7 † omnium inquit Are.in rubrica.ff. de acq.hær.quem ſequitur Rui.in conſi.20.col.pen.in fin.uol.4.Ana.in dicto.cap.in literis.nu.7.Petr.Duen.in reg.13. uerſi. duodecimò fallit.Capra in concluſione 67. num.11. Boſ.in tit. de pœnis.nu. 34. Neguſan. in trac.de pign.in 4.membro 2 par.nu.124.circa finem. Villalob. in commu.opi.in uerbo hæres.nu.3. Didac.in lib.3. uar.reſol.c.3.nu.8.Clar.in prac.crim.in §.fi.quæſt.51. uerſ.ſed ulterius.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria competens creditori in bonis debitoris cui ſucceſſit inuentario non confecto hæreditatis aditione extinguitur ſed contrà numero nono.*

2 *In-*

2 *Inſtitutio facta de creditore, facta cenſetur animo compenſandi cum debito.*

3 *Debitor legans creditori, in dubio legaſſe uidetur animo compenſandi.*

4 *Quod amplia procedere, etiam ſi portio hęreditatis non aſcenderet ad debitum.*

5 *Actione perſonali ſublata, intelligitur etiam ſublata acceſſoria, & ſic hypothecaria declara ut in nu. 16. & nu. ſeq.*

6 *Res ſua non põt eſſe ſibi obligata, declara ut infrà.*

7 *Contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.*

8 *Filia inſtituta a patre pro tertia parte non poteſt petere dotes maternas ab inſtituto in aliis duobus partibus.*

9 *Aditione hæreditatis debitoris per creditorem licèt ſit confuſa actio, tamen ſublata non dicitur actio hipothecaria cõpetẽs creditori in bonis debitoris.*

10 *Actio realis non confunditur aditione hęreditatis, dummodo non intentetur contra ſe ipſum.*

11 *Actio hypothecaria eſt realis.*

12 *Vxor grauata licèt hæreditatem ſine beneficio inuentarii adeat, tamen non amittit actionem hypothecariam ſibi competentem pro dotibus ſuis in bonis defuncti.*

13 *Debitor vbi quis eſt ex contractu & ex cauſa, a principio voluntaria, ſi exercet liberalitatem in creditorem hoc animo compenſandi, feciſſe non cenſetur, ſed donandi, niſi conſtat de uoluntate contraria.*

14 *Teſtator ſi legat alimenta uxori in domo ultra ea*

etiam poterit conſequi dotem, quia legatum non uidetur factum animo compenſandi.

15 *Maritus faciens donationem uxori, illam non uidetur feciſſe animo compenſandi cum dote, ſed donandi gratia.*

16 *Debitor ſi inſtituit creditorem, in dubio illum inſtituiſſe tenetur animo exercendi liberalitatem & non compenſandi.*

17 *Hypothecaria eſt fortior et potẽtior quã perſonalis.*

18 *Declaratio ad l. cum principalem ff. de reg. iur.*

1 AN † actio hypothecaria competens creditori in bonis debitoris cui ſucceſsit non confecto in uentario, extinguatur aditio hæreditatis? Pri-
2 mò dicedũ uidetur ꝙ ſic; quoniã † inſtitutio facta de
3 creditore, uidetur facta aĩo cõpenſandi cũ debito † ſi cuti quãdo debitor legat creditori, qui in dubio uidetur legaſſe aĩo cõpenſandi. l. cõpenſandi, ubi doc.
4 C. de hær. inſt. hmõi. §. cũ pater, de lega. 1. quod † etiã ampliatur locũ habere ſi portio hæreditatis non aſcenderet ad debitũ, ut ſentit gl. in l. creditorẽ, de lega. 2. dũ dicit ꝙ fruſtrà quæritur de extimatione, cũ qua tranſit ibi Dy. Bar. & Caſtro in l. ab uno, eo. titu.
5 Secundò facit, † nã ſublata actione perſonali intelligitur etiã ſublata acceſſoria & ſic hypothecaria. l. cum principalis. l. nihil. §. 1. ff. de reg. iur. l. Vranius. l. fideiuſſor obligari. ff. de fideiuſ. ca. acceſſorium, de regu. iur.
6 Tertiò accedit, † nam res ſua non poteſt eſſe ſibi obligata. l. neque pignus. ff. de regu. iur. l. ſi rem alienã, la 2. ubi notatur. ff. de pign. actio. Et ratio eſt, quia ſicuti quod meũ eſt, amplius meum fieri non poteſt. ideo rem propriam ſibi dari inutiliter quis ſtipula-

tur; ita habenti plenũ & totale ius in aliqua re, ius aliquod ex conſtitutione pignoris acquiri non poteſt, nam actio & paſsio non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto.

Quartò facit generalitas.l.debitori.C. de pac.ubi ſi creditor ſuccedit debitori, confundũtur actiones.

7 Et ratio confuſionis eſt, quia† contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiectu. Item quia actiuum & paſſiuum non poſſunt fundari in ſolo actiuo uel in ſolo paſſiuo. Item quia relatiua contraria requirunt duo extrema. ita Bal.in l.ſi uxor,in prin.C. de bon.autho.

8 iud.poſsid. Hinc conſuluit Ang.in conſi.209.ꝙ† filia inſtituta a patre pro tertia parte non poteſt petere dotes maternas ab hoſpitali inſtituto in aliis tribus partibus, quia confuſæ ſunt actiones pro illa tertia parte pro qua hæreditatem adiuit, quam partem tenuit Lanc.Dec.in d.l.debitori, & in quam etiam ibi inclinare uideretur Sayſel.

Verùm præmiſsis non obſtantibus contraria ſententia tanquam de iure uerior & frequentiori calamo recepta amplectenda eſt. nam nemini dubium

7 *Item & quando ante ſententiam fuiſſet oppoſita & reprobata.*

8 *Exceptio quòd maritus non tenetur in plus quam facere poſſit, non admittitur poſt iudicatum, ſi exceptio ipſa fuit oppoſita ante, & ſuper ea cognitum.*

9 *Exceptio doli cõcurrit cũ qualibet alia exceptione.*

1 EXceptio † inuentari an poſsit opponi poſt ſententiam. Imol. in l. ex diuerſo §. ſi in iudicio. ff. ſo

2 lu. matr. tenet ꝙ non; quia † exceptio iſta eſt peremptoria, quæ non poteſt opponi poſt ſententiam. l. peremptorias. C. ſent. reſcind. non poſ. Idem tenet ibi Paul. de Caſtro dicens, non uideri uerum ꝙ non impugnet, quia qui conficit inuentarium non obligatur ultra uires hæreditarias, ſi ergo eſt condemnatus inſolidũ & poſtea dicit ſe non teneri, quia confecit inuentariũ, iam impugnat ſententiam in qua condemnatur tanquam debitor. Iſtud argumentum ante Caſtren. poſuit Bal. in l. ab executione col. ſi. uerſi. ſed dubitatur. C. quor. appel. non recip. ubi ait ꝙ dictum

ctum beneficium inuentarii obligationem reſcindit, & ad minorem quantitatem reducit, ergo hæres cõdemnatus ad integram quantitatem, non poteſt poſteà excipere. Item hæres conuenitur ex ſuo contractu, quia in ſententia quaſi contrahitur, & certum eſt quod hæres in proprio contractu non habet beneficium inuentarii, ut not. doct. in l. quæ dotis. ff. ſolut matrim.

Contrarium tenet Mart. Sali. Bart. Bald. & Angel. in dict. §. ſi in iudicio. Ancha. in conſi. 6. colu. 2. & fi. Spec. in ti. de inſtr. edit. §. fi. uerſ. ſed nunquid. hæres, & ibi Io. And. in addit. incip. ſecundum Vbertum de Bobbio. Bar. in l. cum fideicommiſſum, in princ. ff. de confeſ. ubi concludit exceptionẽ inuentarii ita poſ-
3 ſe opponi poſt ſententiam ſicut & illa† ne quis conueniatur niſi in quantum facere poterit, ubi etiam Caſtren. col. fi. uerſ. & ideo uidetur hic caſus, & Alex. in addit. ad Bal. in l. 1. col. 2. uerſi. tertium exemplũ. C. de iur. & facti igno. ubi ẽt Paul. de Caſtro colu. 2. uerſ. & ex his dicunt Angel. Bald. in l. peremptorias, col. 1. uerſ. beneficium etiam inuentarii. C. ſent. reſcind. non poſ. ubi talis exceptio poteſt opponi poſt
4 ſententias† ſicut beneficium collationis bonorum. l. ſi ſoror C. de colla. rurſus in l. ab executione, col. 3. uerſic. Item appareret ex prædictis. C. quor. appel.
5 non recip. ubi Sali. in fi. Et ratio eſt, †quia huiuſmodi exceptio non impugnat ipſam ſententiam nec illi contradicit, ſed illam modificat, ſecundum doct. ubi ſupra, & pro hoc facit. l. fi. §. licentia, ubi dicitur quòd damnum pati non debet. Non obſtat quòd conuenitur ex contractu propro celebrato per aditionem hæreditatis, quia cauſa originalis eſt conſideranda a qua procedit iſte quaſi contractus ſecundum Salic. ubi ſuprà. Bald. in l. Neſennius. §. fin.

ff.de re iud.ubi Ang.in princ.& Imo.ac Paul.de Caſtro ubi dicit docto.† communiter ita tenere, & in §. donec circa fi.& in l.qui id quod in princ.ff.de dona. Feli.in c.paſtoralis,col.4. de excep. & in c.exceptionē,col.4.eo.ti.Bal.in l. exceptionem,col.pen.uerſicu. ſunt quædam.C.de proba. Paul. de Caſtro in conſil. 166.col.3.uerſ.ſed ſi quæritur. uolum.2.& Maran. in tract.de ord.iud.par.7.in 9.membro nu.17.in fi.Corne. in conſi.14.littera.i.uol.4.Boer.in deciſ.53. nu.3. Vital.in trac.clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confec.pend.col.11.uerſi.ex quo ſequitur . Inſtit.de excep.ubi inquit notandum.Anto. de Cana.in tract. de execu.inſtru.quæſt. 28. & hanc eſſe communem inquiunt Alex.in l.ſi in iudicio,col. 1.& 2.Iaſ.in dicta.l. 1.column.2.C.de iur. & fac.ignor. Villalob. in ſuis. com.opi.in uer.hæres nu.9.& Socin. Iun.in conſi.45. nu.13.uol.1.& Abb.in l.fi.§.etſi præfatam, in fi.C.de iure delib.

Non obſtant quæ in contrarium adducta fuerunt, & primò dictum Imol.in d.§.fin.in iudicio, quia ipſe contrarium tenet in l.Neſennius.§.fi.Item contra eũ eſt communis opinio de qua ſuprà ad l. peremptorias, reſpõdetur ꝙ illa loquitur de peremptoria quæ poſt ſententiam reſcinderet iudicatum.Ita Io.Andr. ubi ſupra & Paul.de Caſtro in dicto.§. donec, uerſi. nec obſtat l.peremptorias, non autem de exceptione quæ non contradicit ſententiæ ſed illam modificat,ut per docto.in locis ſuprà citatis.

Similiter non obſtant notata per Paul. de Caſtro in d.§.ſi in iudicio,quia reſpondetur ꝙ ipſe tenet contrariũ in l.Neſennius.§.fi.de re iud.& in d.l.cum fidei commiſſum,ac in cit. conſi.166.col,2.uolu.2. ubi inquit,uerum eſſe ꝙ illa exceptio impugnat ſententiã de iniquitate,inſpecta iuris diſpõne,quę reſecat lega

ta

ta quatenus ultra uires hæreditarias confecto inuentario, non autem inſpecta uoluntate defuncti, qui uoluit ea ſolida præſtari, allegat d.l.cum fideicommiſſum. Item ad hoc reſpondet Bald.in d.l.ab executione, col.fi. ꝙ iſta ſententia ſuccedit loco obligationis primeuæ & originalis cauſa inſpicitur.arg.l.ꝙ ſi maritus.ff.de conſtitu.pecu. Aduertendum tamen eſt ſecundum Corn.in dicto.§.donec colum.2. quòd iſtud procedit in ſententia lata pro creditore, ſecus in ſententia lata pro legatario; quia tunc omninò uidetur ſubeſſe ratio Pauli de Caſtro; quod ſubdit menti tenendum.

6 Limitatur tamen iſta ſententia† niſi iudex ante ſententiam ſtatuiſſet terminum reo ad opponẽdum omnes exceptiones dilatorias, peremptorias & anormalas, quia ſi iſto caſu non fuit oppoſita inuẽtarii exceptio ante ſententiam in tertio ſtatuto, illa uel ſimilis poſtea opponi non poterit, ita Bal. in l. ab executione, col.fi.uerſi.ſed dubitatur.C. quom. appel.non recip. quem ſequitur Alexan.in l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio, col.2.uerſ.hoc ſingulariter limitatur. ff.ſol matr. ubi pro hoc dicit optimè facere tex.in c. paſtoralis, de excep. ubi Feli.colu.4.uerſ.2.limita.Boer.in deciſ.

7 53.col.1. in fi.Alcia in conſi.65.in tomo.2.Item† & ſecundò limitatur hãc ſentẽtiã locũ non habere ſi fuiſſet oppoſita exceptio inuentarii ante ſententiam & reprobata; Ita Bal.in d.§.ſi in iudicio, col.fi. quem ſequitur ibi Alex.col.2.in fi.cum princ.ſequentis arg.l. fi.in fi.C.de fi.inſtru.& not.in l.Neſennius.in §.fin.de re iud. Et ratio eſt, quia ſi opponeretur poſt ſentẽtiã impugnaret ipſam ſententiam, quæ lata fuit cognita ſuper illa exceptione ut in ſimili dicit Bar.in dicto.§.

8 dum uult quòd† licèt exceptio quòd maritus non teneatur pluſquàm facere poſsit, opponi poſsit poſt

ſen-

ſententiam; quia illam non impugnat, tamen hoc debet intelligi quando exceptio non fuit oppoſita in iudicio, aliàs ſecus, per glo. in l. neſennius, de re iud. Paul. de Caſtro in l. fi. §. donec, colu. 1. C. de iure delib. in uerſi. ſolutio.

Tertiò limita ut per Ang. in d. §. in ſi iudicio, in fi. ubi dicit per dictum text. & glo. ꝙ cautus debet eſſe hæres qui poſt ſententiam uult allegare beneficium inuentarii de quo prius non oppoſuerat, quia non debet dicere oppono exceptionem inuentarii; quia ſecundum eum illam eſt ordinata exceptio, ne condemnetur inſolidū; ſed debet opponere exceptionē doli, dicendo, actorē eſſe in dolo exigendo inſolidū ex quo fecit inuentariū, ſubdens ꝙ hæc practicandi forma alibi melius quā ibi in iure nō reperitur, quæ limitatio impugnatur ab Alex. ibi col. 3. uerſ. tertiò limita, quid ut dicit Bart. ibi iſta exceptio doli quæ poſt ſententiā opponebatur, cenſetur eadē exceptio q̄ ante ſententiā cōpetebat quia loco exceptionis inuentarii uel eis priuilegi ſubrogatur per dictā. l. neſennius. §. fi. in uerſ. conſtitutionis, & hoc ideo,
9 † quia huiuſmodi doli exceptio concurrit cū qualibet alia exceptione. l. 2. §. generaliter. ff. de doli excep.

SVMMARIVM.

1 *Hæres omiſſa inuentarii confectione, non tenetur ultra uires hæreditarias quando creditores & legatarii faterentur plura bona non fuiſſe in hæreditate quàm hæres atteſtetur.*

2 *Legatarii etſi non cogantur reſpondere articulis hæredis non eſſe plura bona in hæreditate quàm ipſe dixerit, tamen ex officio optimè facit iudex ſi eos interrogat.*

Dictio

3 *Dictio fortè, eſt implicatiua.*

4 *Dictio fortè, quandoque denotat veritatem, quandoque dubitationem.*

5 *Probatio per confeſſionem partis admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.*

6 *Dictio fortè, prolata a iuris conſulto eſt legis promulgatiua.*

7 *Doctor ſi conſulendo reſpondeat per uerbum fortè, dicitur reſpondere de iure.*

1 SEd dubitatio oritur, ponc quod creditores, & legatarii dicerent, & faterentur plura bona non fuiſſe in hæreditate quàm hæres atteſtetur, an huiuſmodi confeſsio operetur ut hæres ipſe non confecto inuentario ultra uires hæreditarias teneatur? Bal. in l. filium quem habentem, col. pen. C. fam. erciſ. tenet quod etiam non confecto inuentario hæres nõ tenetur ultra uires hæreditarias legatariis, quia contra illam præſumptionem iuris & de iure, quod hæres bona occultauerit, & de qua in §. ſancimus, in auth. de hæred. & falc. admittitur. probatio in contrariũ per confeſsionem partis, per text. iuncta glo. ſing. in

2 auth. de qual. dot. inquiens etiam quod licèt ſuper articulis productis per hæredem legatarii non cogantur reſpondere, tamen iudex optimè facit ſi ex officio eos interrogat, ut obuiet iniquę extorſioni. l. illicitas, in princ. ff. de offi. præſid. quem ſequitur Alex. in l. fi. §. etſi præfatam, col. 2. in prin. ubi etiam Iaſ. col. 2. uerſi. limita tamẽ. C. de iure delib. Roma. in rub. ff. de acq. hær. Paul. de Caſtro in l. in ratione, la prima. §. quod uulgò. ff. ad l. fal. ubi etiam Alex. colu. 9. uerſi. in ea ibi. §. Si uerò non fecerit, ubi inquit propter auctoritatẽ Bal. eius dictũ menti tenendũ, licèt

peri-

periculoſum per tex.in §.ſancimus, de hæred. & fal.
3 dum dicit,fortè ſurripiunt, nam notanda eſt † illa di ctio fortè, quæ innuit ꝙ et ſi hæredes non ſurripuiſſent, ſeruaretur illud etiã quod ibi deciditur in ſurripiente,per tex.cum gloſ.not.in clem.1.in uerbo fortè, de appel.quam dictionem etiam in propoſito noſtro ponderauit Imo.in l.gerit.ff.de acqui.hæred.quã ponderatione non obſtãte teneas cum Bal.cuius ſententiam approbat quoque Barba. in repetit.c.Raynaldus,col.51.uer.quintò limita, & in col.52.tertiò limita, de teſta.Angel.ã Gambel.in in tracta.de teſta. in gl.11.nu.13.Item & Alex.clare ubi infrà.Vital.in tract.clauſ.in uerbo Nil nouari inuent.confec. pend. col.21.uer.ſecundus eſt Soci.in l.debitori,col.fi. uerſ.ſecundò conſiderandum.C. de pac.Fel.in c.quoniã contra,col.14.uerſ. fallit 5.de proba. ubi inquit hoc bene notandum Didac.in c. 1.nu.15.de teſta.

Nec obſtat conſideratio Alex. & Imol.in locis de quibus ſuprà , quia reſpondetur ſecundum Alex. in
4 rub.ff.de acq.hær.col.4. uerſ.non obſtat quod † dictio fortè, quandoque denotat ueritatem quandoque dubitationem.c.ex parte.de celebra miſſa. l. inuitus. & ibi gl. C. de procura. cõparet ergo ꝙ lex dubitans & ſuſpicans hoc introduxit, ſequitur Bero. in conſi.64. nu.29.uol.2.pro confirmatione ſuæ reſpõſionis addit Alex. qđ notabiliter dixit Bal. in d.l.filium quem habentem ubi dixit ꝙ ſi non confecto inuent. hæres addit,& poſtea a creditoribus & legatariis conuenitur ultra uires hereditarias,& ipſe fecit poſitiones ꝙ non erant tot bona quæ ſufficerent ad ſatisfactionẽ & creditores reſponderint,credo ꝙ non, tenetur ul-
5 tra uires hæreditarias, quia † contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per confeſsionem partis ut not. Cyn. Bald. &

alii.

alſi. in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. ex quo apparet ꝙ ſi non ſubtraxit, non tenetur. ad hoc etiam reſpondet Barba. in dicto capitu. Raynaldus, colum. 46. in prin. uerſic. etſi dicatur quòd illud uer-
6 bum forte, non obſtat, quia † tale uerbum prolatum a iuriſconſulto eſt legis promulgatiuum. l. in ſubſtitutione. ff. de uulg. & pupil. ubi Angel. dicit, quòd ſi
7 † doctor conſulẽdo reſpondeat per uerbum fortè, nihilominus reſpondet de iure. l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit. glo. in uerbo forſan, in c. ſuper litteris, de reſcript. quam quidem ſententiam etiam approbat Veron. in caut. 22. incip. hæres. & Catel. Cotta. in memo. ſuo inuent. confec. colum. 2. & Gabr. Saray. in anno. ad ſing. 157. Matthes. nu. 3. Ant. Trigo. in ſing. 1. nume. 3.

SVMMARIVM.

1 *Hęres non confecto inuentario in foro conſcientiæ tenetur ultra uires hęreditarias, ſed contra n. 6.*

2 *Lex poſitiua condita ab habente poteſtatem legis cõdendæ, obligat in foro conſcientię, non ſecus quam in foro contentioſo. declara ut in nu. 9.*

3 *Faciens contra præceptum legis poſitiuę peccat mortaliter*

4 *Pœna ubi imponitur à lege ipſo iure illa exigitur etiã in foro conſcientię.*

5 *Pœna imponitur à lege ipſo iure hæredi non conficienti inuentarium.*

6 *Hęres in foro conſcientię non tenetur ultra uires hæreditarias, etſi legatarius plus extorquet, tenetur ad reſtitutionem.*

7 *Forum conſcientię non conſequitur ius ciuile.*

8 *Lex*

8 *Lex diuina innititur ueritati, quę neque fallit, neq; fallitur.*

9 *Fundum alienum ſcienter tenens ſi uocatur a me in iudicio, & propter defectum probationum uel aliã cauſam abſoluitur, licèt ſententiã de iure poſitiuo & bumano faciat ius, ut poſtea non teneatur reſtituere, tamẽ in foro cõſcientię non excuſatur.*

10 *Exceptio quę aliquando opponi non poteſt contra inſtrumentum mutui de iure poſitiuo non excuſat in foro conſcientiæ.*

1 An† in foro conſcientiæ hęres non confecto in uen. teneatur ultra uires hæreditarias? Prima

2 facie dicendũ uideretur, ꝙ ſic; quia † lex poſitiua condita ab habẽte poteſtatẽ legis condendę obligat in foro conſciẽtiæ, ut per Bar. in l. ſi quis pro eo,

3 col. 4. de fideiuſ. ubi dicit † ꝙ qui facit contra præceptum legis poſitiuæ peccat mortaliter, per dictũ Petri. Eſtote ſubditi Principi &c. ſed lex poſitiua obligat hæredem non conficientem inuentarium inſolidum ultra uires hæreditarias. l. §. etſi præfatam. C. de iure delib. ergo &c.

4 Secundò ubi† pœna imponitur a lege ipſo iure illã exigitur etiã in foro conſcientiæ. c. 2. de præſcrip.

5 in 6. ſed † pœna impoſita hæredi ut teneatur ultra uires hæreditarias non confecto inuentario infligitur a lege ipſo iure. l. fin. §. ſi uerò poſtquam, uerſicu. eo ipſo quòd inuentarium non fecerit debitis hæreditariis, & creditoribus teneatur iuncto eo quod habetur in cap. quam ſit, & in cap. licèt canon de elect. in 6. ubi illa uerba eo ipſo inferunt canonem latæ ſententiæ.

Tertiò iſtam partem tenuerunt Cuma. Caſtren. &

Aret.

Aret. in rub.ff.de acq.hęr.Barba.in c.1.de ſolutio.& Vaſq.in tract.de crea.ſucceſ.§.1.nu.26.

Quibus tamen non obſtantibus contraria ſententia uti frequentiori calamo recepta tenenda eſt, ut uoluit Bart.in repet.l.1.col.9.uerſi. in contrarium uidetur.C.de ſacroſan.eccle.ubi etiam Beſſe.num.131. ubi allegat Hoſtien.in ſumma de teſta.§. pen.uerſic. ſed quid ſi bona.Ioan.And.in c.quamquam,de uſur. in 6.ſubdens idem collegiſſe in multis ſummis.Bal. in l.fi.in princ.in 6.quæſt.C.de iure delib.& in l.filiū quem habentem,col.pen.uerſi. extra quæro. C.fam.

6 ercīſ.ubi inquit ꝙ in foro conſcientiæ hęres non tenetur ultra uires hæreditarias non confecto inuentario.et ſi legatarius plus extorquet in foro conſcien-

7 tiæ tenetur ad reſtitutionem;† quia illud forum non ſequitur ius ciuile quod ſe fundat in fictione, & non in ueritate.Io. Andr.in addit.ad Spec.in tit.de inſtr. edit.§.nunc uerò aliqua,in addit.incip.Iacob.de Aret.& eo.tit.in §. fin.in addit. incip. An in foro conſcientiæ.Feli.in c.1.col.13.de conſtit.Bald. Angel.& Roma.in rubrica.ff.de acquir.hæred.Catel.Cotta in memor.in uerbo inuentarii confectio, in tertia limitatione,& in uerbo uſuræ trientes,col.3.uerſic. Imò etiam. Franc.Marc.in deci.434.Feder.de Sen.in.con ſi.21.Roland.in trac.de teſta. rubrica 28.nu.16.Abb.

† in conſi.73.col. pen. ubi concludit ita † communiter teneri.Abb.in c. tua nos,de uſur. & in c.Raynaldus, col.9.de teſta.Abb.in c.1.col.1.num.4.de ſolutionis. Ang.a Gambel.in trac.de teſta.in gl.112.nu.13. Put. pur.in l.debitori,col.2.in fi.C.de pac. Corn.in conſi. 39.col.3.in fi.uolu.4.Bart.Bald. & Angel. in l.gerit, de acq.hær.Ancha.in c.Raynutius,eo.tit.Ang.in l.fi. in princ.C.de iure delib.Alex. in dicta rubrica,de ac qui.hæred.Butr.in c.quia plerique, de immu. eccle.

&

& in c.litteris, de rapto Bologn. in conſi.50.nu.5. & Guid.Pap.q.571.in fi. Barba.in c.dilecti filii.nu. 67. de arb.ſum. Angelica in §.hæres.nu.6. & hãc eſſe etiã receptam docto.ſententiam admittit Vaſq. licèt teneat contrarium in loco de quo ſuprà, & in §.2.nu. 12.ubi cum communi ſaltem reſpectu legatariorum tranſit Rui.in conſi.26.col.penu.in fi.uol.4.Franc.in c.quamquam.col.5. uerſ. ſuper quo de uſur.Grat.in conſi.91.nu.41.uol.1.communem Rodulph.in c.conſuluit,quæſt. 24.de uſur.Iaſ. in dicta rubrica.de acq. hæred.colu.pen. ubi citat hanc eſſe magis † communem,& in l.mutum.nu.14.ff.eo. titu.dum ſe remittit ad dicta per eum in dicta rubrica.Petr. de Ancha.in conſi.411.col.penult.Ang.in l.in teſtamento.C.de teſta. milit.Rayn.in ſum. titu.de hære.Imol.in l.1.in §. hæc ſtipulatio, col.3. uerſic. tu adde. ff. ſi pluſquam per l.falc.Guid.Pap.in deciſ.727.

Quibus ſic ſtantibus reſpondetur ad contraria; & ad primum argumentum dicitur illud procedere quando lex uel canon aliquid diſponit ſuper certo; quia tunc illud obtinet in foro animę,& conſcientię, ſecus quando lex poſitiua uel canon fundat ſe ſuper aliqua iuris præſumptione; quia tũc talis lex pręſumptiua non ſeruatur in foro conſcientiæ† quoniam lex diuina innititur ueritati, quæ neque fallit neq; falli tur.c.a nobis,il 2.c.inquiſitioni, de ſent. excom. Ita Bal.in auth.ingreſsi,col.6.uerſi. dubitat tamen Bar. C.de ſacro ſan.eccl.in l.penul.§.illo, ubi etiam Pau. de Caſtro.C.de neceſ.ſeru.hær.inſti.in l.cũ quis, col. 7.uer.in 3.cauſ.C.de iur. & fact.ign.ubi tradit Bononiæ aliàs diſputatum fuiſſe in ſcholis fratrum Prædicatorũ an lex poſitiua excuſet uel obliget in foro pœnitentiæ, & quod inter alia dictum fuit ꝙ quando lex humana condita eſt præter legem diuinam,

ſi lex humana fundata eſt ſuper præſumptione non
9 excuſat in foro conſcientiæ, exemplum, nam † ſi te-
neo fundum alienum quem ſcio alienum eſſe, & pe
titur a me in iudicio & propter defectũ probationis
uel alienam cauſam abſoluor, licèt iſta ſententia de
iure poſitiuo faciat ius ut poſtea non tenear reſtitue
re; tamen in foro conſcientiæ non excuſor. Ponit
10 etiam exemplum † de mutuo, nam ſi contra inſtru-
mentum mutui aliquando non poſsit excipi de iure
poſitiuo, tamen non excuſor de iure in foro conſciẽ
tiæ & pœnitentiæ quòad Deum,& hoc & ratione,
quia iſtud ius humanum eſt fundatum ſuper prȩſum
ptione,& incerto ſecus ſi ius humanum eſt funda-
tum ſuper ueritate uel certo;quia tunc excuſat a fo
ro conſcientiæ.Exemplum in præſcriptione, in qua
eſt bona fides & iuſtus titulus: quia tunc excuſat in
foro conſcientiæ, etiamſi præſcriptor ſciat poſtea
rem eſſe alienam, & hoc ea ratione quia cum cauſa
poteſt auferri dominium Feli. in c.1.colum.11.uer-
ſi. hanc fallentiam, & in colum.14.uerſi. extra præ-
dictos tres caſus, de conſti.ubi etiam Dec.in prima
lectura nu.28.uerſic. quarta concluſio.Imol.in l.1.§.
hæc ſtipulatio,col.3.in princ.uerſi.tu adde.ff.ſi pluſ-
quàm per l.fal.Bero.in conſi 30.nu.39.uol.2.ſed lex
Iuſtiniani inducens ꝙ hæres non conficiens inuenta
rium teneatur ultra uires hæreditarias, eſt fundata
non ſuper certo quamuis ab habente auctoritatem,
ſed in præſumptione, quia præſumit ꝙ talis hæres
ſubtraxerit, ergo &c.Item in foro conſcientiæ debe
mus attendere ueritatem, & non fictionem uel præ
ſumptionem, quia de omnibus creditur confitenti
cum ſolùm agatur de præiudicio animæ.cum igitur
hæres in confeſsione, & conſcientia ſua dicat quòd
non uſurpauit aliqua bona hæreditaria, ergo ceſſa-

re debet præſumptio iuris ciuilis. Ita expreſsè dicit Iaſ. in rubrica ff. de acquirenda. hæredita. in fi. poſt Abba. in capitulo Raynaldus. nu. 14. de teſta.

Secundò facit, nam ubi pœna imponitur à lege ipſo iure, illa exigitur etiam in foro conſcientiæ. c. 2. de præſcrip. in 6. ſed pœna non conficienti inuentarium ut teneatur creditoribus & legatariis ultra ui res hæreditarias eſt inflicta a lege ipſo iure. l. fi. §. ſi uerò præfatam, uerſi. eo ipſo. C. de iure delib. ergo ſequitur ꝙ habebit locum in foro conſcientiæ.

Ad hoc reſpondetur ex dictis per Fel. in dicto. c. 1. col. 13. in princ. de conſtit. ꝙ imò hæres non incurrit in illam pœnam in foro conſcientiæ; quia lex imponit illam pœnam propter præſumptionem fraudis; ideo ſi ueritas eſt in contrarium, non ligat lex in foro conſcientiæ ſecus ſi uerum interueniſſet; ita Feli. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium de iure canonico in foro iudiciali non eſt neceſſarium.*

2 *Ius canonicum in terris eccleſię ſeruatur.*

3 *Iura loquentia de inuentario de iure canonico locũ habent quòad excludendum hæredem a beneficio legis falcidię, non autem ut hęres teneatur ultra uires hęreditarias.*

4 *Ius canonicum ſequitur ius ciuile ubi non reperitur diſcrepantia expreſſa de iure canonico.*

1 NVnquid † de iure canonico in foro iudiciali ſit neceſſarium inuentarium, ut hæres non teneatur ultra uires hęreditarias uigore obligationum

rum deſcendentium in hæredes ex contractibus de functorum? Prima quidem facie uideretur dicendũ ꝙ non,per expreſſam deciſ. Bal.in l.cum a matre,in fi. C. de rei uendica. ubi inquit ꝙ de iure canonico non eſt opus beneficio inuentarii, ſed ſufficiat ſola iuſtitia naturalis, ſecundum quam quis non tenetur niſi uſque ad uires hæreditarias.rurſus in rubrica.ff.
2 de acquir.hæred. ubi uoluit ꝙ de iure canonico † & ſic in terris eccleſiæ in quibus ſeruatur ius canonicum.c.poſſeſſor,de reg.iur. in 6.c 2. de arbitr. hæres non tenetur ultra uires hæreditarias Card.in c.1.de ſolutio. Ancha in conſil.411.ubi ait ꝙ licet tex.in c. Raynaldus,de teſta. dicat ꝙ de iure canonico hæres ꝙ conficit inuentarium poſsit detrahere falcidiam, tamen non inquit ꝙ omittens inuentarium conficere teneatur ultra uires hæreditarias. Butr.in c.in literis,de rapto.& in dicto.c.Raynaldus,in notabili ſe
3 cundo ubi tradit † ꝙ iura loquentia de inuentario quòad excludendum hæredem a beneficio falcidiæ locum habent de iure canonico. ſed an habeant locum quòad pœnam grauandi hæredem ultra uires hæreditarias, ſe remitti ad notata in c. quanquam, de uſur.in 6.Bald.in conſi.143.in 4.dubio uol.4.

Tu uerò teneas contrarium,ut in terminis determinat Bal ſibi contrarius in l.fi.in princ.col.2. uerſi. 6. quæro. C. de iure delib. dicens neceſſarium fore inuentarium de iure canonico in foro contentioſo, cùm in eo ſeruentur iura,quæ de inuentario loquuntur, cùm ius caninocum in hoc non cõtradicat iuri ciuili; quod utique certum eſt ut in ca. Raynaldus, ubi per illum text. inquit ibi Abb.col.3. uerſi. Item nota ex hoc text. de teſta. ꝙ ius canonicum in foro contentioſo approbat diſpoſitionem iuris ciuilis, quæ uult ꝙ hæres non conficiens inuentarium tenea

tur creditoribus ultra uires hæreditarias. & Abba. ibi.ſequitur Barba.col.42.in princ.& in col.47. in fi. uerſi.alia concluſio.& in c.1.in fin.eo.tit. ubi allegat Hoſtien.in ſumma de teſta.in §.ad quid uerſic.quid ſi non ſufficit.ibi, aut non fecit inuentarium,& tene tur ultra uires hęreditarias, per tex.in dicto capitulo Raynaldus.Angel.& Alex. in rubrica.ff.de acqui ren.hæred.Iterum Alex.in l.fi.§.fi.col.pen.C. de iure delib.Roland.in trac. de teſta. in rubrica 28. nu.27.
3 & hanc eſſe † communem doctorum ſententiam inquiunt Abba.in conſi.74.fi. uol.2. ubi aſſerit doctores ita communiter tenere in dicto cap.Raynaldus. & Vaſq.in trac.de crea.ſucceſ.in §.1.nu.27. Vital. in trac.clauſ. in uerbo Nil nouari inuentar.confec.pen den.colum.4.

Non obſtat q Bald.in locis ſuprà citatis tenuerit contrarium,quoniam contra eum eſt communis ſen tentia doctorum, ut conſtat ex auctoritatibus ſuprà citatis.quod exiſtimat uerius Alex.in dicta rub.col.
4 2.quia † non reperitur diſcrepantia inter ius ciuile & canonicum. Vnde debet attendi etiam ius ciuile in terris eccleſiæ,ut not.in c.1.de oper.no.nunt.

Nō obſtat dictum Petri & Ant.de quo ſuprà uolentium ius canonicum ſolum approbaile ius ciuile quòad commodum falcidiæ;quia reſpondetur illud ēt falſum per ſupradicta,& quæ ſententia probatur per tex.in l.1.ad fi.in uerſ.inefficax quantū in eā par tē remaneat.C.de lat.lib.tol.ubi quando lex uult de rogare alteri lege in parte dūtaxant, & in parte nō, facit mentionē expreſſam.Vnde in propoſito noſtro dicendum eſt q ſi Papa uoluiſſet in dicto. c.Raynal dus, ſolum approbare ius ciuile in parte falcidiæ & in alia non,utique ſciuiſſet exprimere, eum in caſu dicti.ca. iſtud procedit propter accidentiam facti?

quia

quia ibi de modo falcidiæ tantum dubitabatur. Ita reſpondet Barba.in dicto c.1.in fi. & latius in repe. c. Raynaldus col.47. de teſta. ubi inquit Bald. Ang. Butr.& Anch.fuiſſe cęcos & duces cæcorũ, & quod defecerunt omnes ipſi in ingenio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Papię diſponens quòd beneficium inuentarii non poſsit opponi, etiam locum habet reſpectu rerum ſitarum extra territorium Papię.*

1 PApiæ† extat ſtatutum, ꝙ beneficium inuentarii non poſsit opponi, nunquid hoc ſtatutum intelligatur reſpectu rerum, quæ ſunt extra territorium Papienſæ? determina ꝙ ſic cũ Bal.in conſi.219. in 2.ar.uolu.1.quia per aditionem hæreditatis factã Papię eſt contracta ſolida obligatio quæ incipit a quaſi contractu celebrato Papiæ per aditionem hæreditatis, ut not. Iac. Butr. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin.& fide catho.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Papiæ quòd beneficium inuentarii opponi non poſsit, locum etiã ſibi uendicat ſi inuentariũ, eſt confectum extra territorium Papienſæ.*

1 STtante† ſtatuto ſupradicto quæritur, quid ſi inuentariũ eſt confectũ extra territoriũ Papienſę an illud proſit hæredi? Primò uidetur dicẽdũ ꝙ ſic, quoniam ſtatutum prædictũ non ligat extra territorium. l. fina. ff. de iuriſd. omn. iud. Contrarium

decidit Bal. in conſi.219.in fi. uol. 1. quia obligatio perſonalis orta ex aditione hæreditatis ipſum obligat inſolidum, quia oriundus, & habet domicilium Papiæ, & in obligatione perſonali inſpicitur domicilium.l.fideicommiſſum.§.tractatura.ff.de iud.item Papiæ petitur executio,& ideo forus Papienſis attendi debet l.miſsi opinatores.C.de exac.trib.lib.10

SVMMARIVM.

1 *Teſtator prohibere non poteſt hæredi inuentarium in præiudicium ipſius, ſed contra num.4 & 5.*

2 *Beneficium inuentarii, introductum fuit in fauorem hæredis ne teneatur ultra uires hæreditarias.*

3 *Cautio de vtendo & fruendo arbitrio boni uiri, remitti non poteſt a teſtatore.*

4 *Teſtator non poteſt prohibere hæredi inuentarium in præiudicium creditorum*

5 *Statutum diſponens quòd hæres non poſſit ſe iuuare beneficio ſtatuti ualet.*

6 *Diſpoſitio teſtatoris æquiperatur diſpoſitioni ſtatutariæ.*

7 *Diſpoſitio teſtatoris habetur pro lege.*

8 *Factum contra formam legis ſicut dicitur nullum, ita & factum contra uoluntatem teſtatoris.*

9 *Teſtator in præiudicium legatariorum confectionē inuentarii prohibere poteſt.*

10 *Teſtator de rebus hæredis ſicut de propriis diſponere poteſt.*

11 *Teſtator poteſt obligare bona heredis.*

12 *Teſtator ſi legat rem communem cum hærede, res tota debetur.*

13 Te-

13 *Teſtator diſponere poteſt quòd hęres extraneus computet creditum.*

14 *Moderator & arbiter unuſquiſque eſt in re ſua.*

1 TEſtator † an prohibere poſsit inuentarium in præiudicium hæredis? Primo aſpectu uidetur
2 ꝙ non, rem † beneficium inuentarii fuerit intro ductum in fauorem hæredis ne teneatur ultra uires hæreditarias. glo. in l. ſcire debetis. C. ut in poſ. lega.
3 §. ſed utilitatis inſtit. de uſufr. ubi † cautio de utendo & fruendo, arbitrio boni uiri, a teſtatore remitti non poteſt; quia gratia hęredis & non teſtatoris introducta eſt, & ſic conſtat ꝙ teſtator non poteſt renuntiare fauori hęredis, & in terminis noſtris ita decidit Guid. Pap. in conſi. 63. in 2. dubio.

Secundo pro hac parte facit quod uoluit Bal. in
4 l. fi. C. arbitr. tutel. ubi † teſtator non poteſt prohibere hæredi inuentarium in præiudicium creditorum. Paul. de Caſtro, Alex. & alii in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. & ut latius infrà dicetur.

Sed his non obſtantibus ueritas eſt in contrariũ, ut ex infraſcriptis apparebit. Nam primo nulli du-
5 bium eſt, ꝙ † ualet ſtatutum ꝙ hæres non poſsit ſe iuuare beneficio inuentarii, glo. & docto. in l. fi. §. in computatione, ubi Iaſ. col. fi. C. de iure delib. ſi ergo ualet ſtatutum, ergo & multò fortius diſpoſitio teſtatoris, quia ſtatutum diſponit ſuper rebus alienis, & teſtator ſuper propriis, ita arguit Dec. in conſ. 11. col. 4. uerſi. non obſtat. Craue. in conſi. 11. nu. 16. Ang. in l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſolu. t. matr. Iaſ. in l. 1.
6 §. fi. col. 4. ad fi. ff. de uerb. oblig. Iterum † teſtatoris diſpoſitio æquiperatur diſpoſitioni ſtatutariæ Dec. in conſi. 227. col. 4. Soci. Inn. in conſi. 181. nu. 38. uol. 2.
7 Secundò diſpoſitio † teſtatoris habetur pro lege.

§.diſponat,in auth.de nup.Soc.Iun.in conſi.129.nu. 20.& 42.uol.3.cõſi.39.nu.42.148.nu.8.& 165.nu.33. uol.eo. ſed lex poteſt tollere beneficium inuentarii. l.Papinianus ff.de ll.l.digna uox.C.eo.tit.ergo & teſtator in præiudicium hæredis, pro quo facit quod
8 ſcribit Calca.in conſi.8.col.11.ubi dicit † ꝙ ſicut factum contra formam legis dicitur nullum, ita & factum contra uoluntatem teſtatoris.

9 Tertiò accedit, nam apertiſsimi iuris eſt,† ꝙ teſtator poteſt prohibere confectio inuentarii in præiudicium legatariorum,ut per doct. communiter in l. nemo poteſt. ff. de lega.1. & ut uidebimus infrà ſuo loco, ergo & in præiudicium hæredum.

10 Quartò uidemus† quod teſtator poteſt diſponere de rebus hæredis ſicut de propriis. l.unum ex familia §.ſi rem,de lega.2.Craue.in conſi.133.nu.3. cum ſequenti.Petr.Cy.Bal. in l.aſsiduus C.qui pot.in pi
11 gn.hab.ubi† teſtator poteſt obligare bona hæredis Niger.in l.1.nu.137.de lega.1.Iaſ.in l.hæredem.C.de fideicom.Bart.in l.nemo poteſt, in 5.oppoſitione de lega.1.Galiaul.in l.Centurio.nu 7.de uulg. & pupil. ubi antequam quis inſtituat hęredem poteſt obligare bona hæredis futuri. Socin.Iun.in conſi.107.nume.56.cum ſeq.uol.1.134.nume.77.uolum.1.Franc. Marc.in deciſ.845.num.7.in 1.part.319.eadem parte nume.20.ubi poſt Bar.& Bal.in dicto §.ſi rem,in-
12 quit † quòd ſi teſtator legat rem communem quam habet cum hærede, debetur tota. Crot. conſil. 32. numer. 31. Riminal. in conſi.72. in princip. ſi igitur poteſt diſponere de re hæredis, ergo abſurdum eſſet dicere quòd non poſsit prohibere confectionem inuentarii hæredi in præiudicium ipſius de rebus propriis.

13 Similiter clarum eſt† ꝙ teſtator poteſt diſponerę

quòd

ꝙ hęres extraneus computet creditũ cum fructibus;
14 ut per Port.in conſi.97.nu.2.quia ꝑ in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mãdata.C.mãd.

Vltimò in terminis ita decidit Craue.in con.174. quia teſtator ei relinquere non tenetur, ergo & ei pręiudicare poteſt,ſequitur Didac.c.1. nu.17.de teſta.ubi inquit hoc eſſe notandum.Franc. Marc.in deciſ.845.nu.8.in 1.par.doctor,in l.nemo poteſt,de legat.1.nec mirum cum poſsit etiam illud remittere in præiudicium legatariorum,quibus teſtator relinquere non tenetur ut ſuprà dictum fuit, & latius infrà tangetur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarii confectio a teſtatore prohibita cenſetur, ſi mandat ſolui legata ſine aliqua diminutione æris alieni.*

2 *Teſtator ſi mandat hæreditatem reſtitui ſine aliquã diminutione cenſetur prohibita detractio trebellianica.*

3 *Hæreditatem totam ſi teſtator mandat reſtitui, prohibita uidetur trebellianica.*

4 *Statuto ſi caueatur quòd uxore præmoriente ſine liberis maritus lucretur dotem, ſi mulier ſtipulata fuerit totam dotem reſtitui, dotem non lucrabitur maritus.*

5 *Trebellianica prohibita cenſetur ſi teſtatur mandat integra legata ſolui.*

STante igitur firma præmiſſa concluſione, quid
1 dicendum ꝑ ſi teſtator mandauit ſolui legata ſine aliqua diminutione æris alieni; an cenſeatur a

teſtatore prohibita confectio inuentarii? Reſpon-
2 deas ꝙ ſic, quia clari iuris eſt ꝙ † ſi teſtator mandat hæreditatem reſtitui ſine aliqua diminutione, cenſetur prohibita detractio trebellianicæ ſecundum
† † frequentiorem doctorum ſententiam teſte Galiaul. in l. Centurio. nu. 400. uerſi. breuiter teneas de uulg. & pupil. Craue. in conſi. 174. in 1. dubio. Crot. in l. nemo poteſt. nu. 35. de lega. 1. Corne. in auth. ſed cum teſtator. C. ad. l. falc. Port. in conſi. 92. nu. 73. ergo idē dicendum uidetur quod uirtute dictorum uerborū ſit etiam prohibita confectio inuentarii.

3 Item dicitur † ꝙ ſi teſtator mandat totam hæreditatem reſtitui, cenſetur etiam prohibita trebellianica. Bald. in l. precibus uerſicu. quæro ulterius, ubi etiam Ang. colu. fin. C. de impub. & aliis ſubſt. Alex. in conſi. 5. col. fi. uol. 3. Crot. in rubrica. ff. ſolut. matr.
† nu. 6. quam ſententiam uti magis † communiter approbatam tenet Hannibal. in l. nemo poteſt. nu. 250 de lega. 1. & communiter receptam Crot. ibi nu. 35. Galiaul. in dicta. l. Centurio nu. 400. Mandel. in conſi. 17. nu. 5. Iaſ. in dicta. l. precibus, col. 11. & Dec. 12. Rui. in conſi. 148. & 56. in princ. uol. 5. Natta in conſ. 103. & 516. nu. 7. Alcia. conſi. 521. nu. 11. Neuiza. conſi. 2. nu. 12. Craue. conſi. 294. col. 2. Boer. in deciſ. 244. nu. 8. Tiraq. in l. ſi unquam in uerbo totum. C. de re-
† uo. dona. pro qua ſententia etiam facit † communis
4 concluſio quæ habet, † ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ uxore præmoriente ſine liberis maritus lucretur dotem, ſi mulier fuerit ſtipulata totam dotem reſtitui, maritus non lucrabitur dotem, ſecundum Ang. & Imol. in l. damni infecti. §. cùm parientem. ff. de damn. infec. Crot. in rubrica. ff. ſolut. matr. num. 6. dixi latiſsimè in trac. de lucro dotis quæſt. 38. Rui. in conſi. 25. nu. 7. uolum. 1.

Pariter

5 Pariter uidemus ꝙ ſi teſtator mandat integra legata ſolui, intelligitur etiam prohibita ipſa trebellianica. Crot. in dicta rubrica. ff. ſolut. matr. & in l. nemo poteſt, de lega. 1. Galiul. in dicta l. Centurio. nu. 399. Rui. in conſi. 79. in princ. uol. 2. 148. nu. 4. uol. 3. 56. in princ. uol. 5. & 58. nu. 17. uolu. 2. Port. in conſi. 92. nu. 73. ergo idem in caſu præſenti.

Vltimò in terminis ita conſuluit Craue. in conſi. 174. in primo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Confectionem inuentarii in præiudicium creditorū teſtator hæredi non poteſt remittere.*

2 *Teſtator creditoribus in nihilo præiudicare poteſt.*

1 HAeredi tan remittere poſsit teſtator confectionem inuentarii in præiudicium creditorum? non conterendo tempus ubi non expedit, reſponde ꝙ non; ut uoluit Bal. in l. fin. col. fin. C. arbitr. tutel. in l. fina. §. cum igitur, colu. 3. C. de iure delib.
2 Ratio quidem eſt, † quia creditoribus teſtator in nihilo poteſt præiudicare. & hanc ſententiam tenent Paul. de Caſtro Alex. Iaſ. Are. Hannib. Rui. & Crot. ac Ripa in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. Dec. in conſil. 417. nu. 13. Alex. in conſi. 51. col. pen. uol. 6. & quā
† † communem dicunt Craue. in conſi. 174. col. penult. & fin. Vaſq. in tract. de ſucceſ. crea. §. 10. nu. 68. & Di dac. in primo tomo. fol. 37. numer. 16. Vital. in trac. clauſ. in uerbo Nil nouari inuent. confect. pend. col. 20. uerſic. Item non poteſt. quinimò dixit Craue. ubi ſuprà ꝙ teſtator poteſt hæredem grauare, ut etiam confecto inuentario illo non utatur, ac teneatur creditoribus, & legatariis ſatisfacere, perinde ac ſi inuen-

inuentarium non feciſſe, quod ualde notandum eſſe exiſtimat Didac. ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarii confectionem prohibere non poteſt teſtator heredibus in præiudicium legatariorum ſed contrà nu. 3.*

2 *Inuentarii remiſſio præbet hæredi occaſionem malignandi, & fraudandi legatarios.*

1 AN † teſtator poſsit prohibere hæredibus ſuis confectionem inuentarii in præiudicium legatariorum. Bald. in l. fi. C. arb. tutel. tenet φ non poſt Iacob. ibi per eum citatū. quia illud introductū eſt in fauorē legatariorū p̄ not. in l. 2. & in l. ſcire. C. ut in poſ. legà. & in l. cū tale. §. 1. C. de cōd. & demō. in l. fi. §. cū igitur in uer. Itē nō pōt. C. de iure delib.

2 Secundo quia † remiſsio inuentarii præbet hæredi occaſionem malignandi, & fraudandi ipſos legatarios. §. ſi uerò non fecerint, in auth. de hæred. & fal. quā partem ueriorem exiſtimat Crot. in l. nemo poteſt num. 52. uerſi ſecunda concluſio. ff. de lega. 1. ubi ſubdit, φ licèt hoc reſpiciat in cō modū legatariorū, quibus potuit teſtator nullo modo quicquām eis legare, tamen cū præbeat materiā delinquendi, & malignandi circa res hæreditarias, nōn ualet ipſa remiſſio. arg. l. 1. C. de uſufr. Nec obſtat ſecundum eum φ fuit in poteſtate non ligare, ergo fuit in eius poteſtate qualificare legātum; quia reſpondetur, conſequētiam hanc non ualere per l. Titiæ ſi nupſerit. ff. de cond. & demonſtratio. l. quod de bonis. §. primo. ff. ad l. falcid. Item & quòd illud aſſumptum poteſt procedere niſi qualificatio legati preſtaret materiā

de-

delinquendi; quia hoc caſu teſtator cui permiſſum eſt non legare, non poſſet legãdo. Apponere legatis aliquam qualitatem, quæ præſtaret hæredi occaſionem delinquendi. l. pen. C. ut in poſ. legat o.

Tertiò hanc partem tenuit Iaſ. in l. nemo põt col. fi. in 1. lect. de lega. 1. & Pau. de Caſtro in l. cùm tale. §. 1. col. 2. uerſi. Idem uidetur in legatariis, de cond. & demonſt. quia hoc fauore publico introductum fuit nec hæres bona ſurripiat uel occultet Hannibal. in dicta l. nemo poteſt. nu. 406. cum pluribus ſequentibus. Guid. Pap. in conſil. 63. & in trac. de inuent. in fi. Porcel, in trac. de inuent. c. 1. nu. 15.

Pro hac ſententia facit text. in §. hinc nobis, ubi hæres iubetur ſub pœna inuentarium facere, ut ſi omiſerit, teneatur legatariis inſolidum, non ſecus quàm creditoribus hæreditariis. Vnde quemadmodum creditoribus hæreditariis ſi non fecerit inuentarium, tenentur niſi ex prouiſione, & ex præcepto teſtatoris inuentarium facere diſtulerit, ita quoque tenetur legatariis.

3 Contrariam † uerò partem tenet Alexã. in conſi. 51. col. fi. uol. 6. ubi inquit, ꝙ in præiudicium legatariorum uel fideicommiſſariorum potuit remittere confectionẽ inuentarii; quia ſi fuit in poteſtate teſtatoris nihil iure legati, uel fideicommiſsi relinquere, multò magis fuit in poteſtate legatũ uel fideicõmiſſũ limitare. l. uideamus. §. iurare. ff. de in lit. iur. Pau. de Caſtro in l. nemo poteſt, in fi. ubi Alex. col. 5. citat

† hanc eſſe † communem & Aret. Vaſq. in trac. de ſucceſ. crea. in §. 10. nu. 70. Didac. in tomo 1. in 1. capite nu. 16. ubi etiã aſſerunt hanc eſſe cõmunẽ, prout idẽ atteſtatur Crau. in conſi. 174. col. fin. Bal. in l. cùm tale. §. 1. de cond. & demon. Alex. in conſi. 40. col. penult. uol. 3. dup. in conſi. 82. uolum. 2. Franc. Marc. in

quæ-

quæſt.820.col.fi.in prima par.Rui.in conſi.69.col.fi. in princ.uol.2.ubi allegat rationem eſſe,quia poteſt intereſſe teſtatoris, & hæredis repræſentátis illũ, & cuius contemplatione, & fauore fit dictum inuentarium.l.fi.§. cùm igitur, de iure delib.quod non pandantur uires,& ſecreta patrimonii. ſubdens hanc eſſe meliorem rationem quàm ſit illa quæ aſsignatur per Caſtrẽ.in d.l.nemo poteſt, per rationem ibi per eum citatam.Bal.in l.cùm tale.§.1. ubi dicit,ꝙ teſtator poteſt remittere hæredi neceſsitatem conficiendi inuentarium dummodo non ſit dolus. quod inquit notandum Ripa in d.l.nemo poteſt.nu.82.uer. amplia ſecundò Vital. idem ſentit in trac. clauſ.in uerbo Nil inno.pend. confe.inuent.in 20.colu.uerſi. Item non poteſt teſtator. ubi tantum loquitur reſpectu creditorum quod non poteſt.Soci.in conſi.51.colu.3.Alcia.in conſi.11.nu.8.in 2.tomo.

SVMMARIVM.

1 *Confectio inuentarii remitti non poteſt per teſtatorem uſufructuario omnium bonorum.*

2 *Voluntas teſtatoris pro lege ſeruari declara ut in numer 9.*

3 *Tutori remittere põt teſtator confectionẽ inuẽtarii.*

4 *Vſufructuaria tenetur præſtare cautionẽ de utendo & fruendo arbitrio boni uiri.*

5 *Teſtator nec tacitè nec expreſsè poteſt remittere cautionẽ de utendo & fruendo arbitrio boni uiri.*

6 *Quod amplia procedere etiamſi teſtator priuet hæredem ſi moleſtauerit uxorem in uſufructu.*

7 *Proprietarius licèt promittat uſufructuario non mouere quæſtionem nec moleſtiam aliquam inferre,*

per

per iſta uerba non uidetur prohibita cautio, quæ eſt de natura uſusfructus.

8 *Cautio ſicut remitti non poteſt in rebus immobilibus, in quibus propriè cadit uſusfructus, ita nec in rebus in quibus propriè non conſtituitur uſusfructus.*

9 *Inuentarii confectio dicitur antecedens neceſſariũ ad cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri.*

10 *Pompa rei familiaris pandi non debet.*

11 *Vſufructuarius inuentarium conficere non debet ſecundum formam l.fi. C. de iure delib. ſed ſufficit aliqua deſcriptio.*

1 TEſtator † an remittere poſsit uſufructuariç omnium bonorum confectionem inuentarii? Prima facie dicendum uidetur ꝙ ſic; quoniam,
2 cùm † teſtator ita diſpoſuerit eius uoluntas pro lege ſeruari debet. §. diſponat, in auth. de nup.
Secundò accedit in argumentum. l. fi. C. arbit. tu-
3 tel. ubi † teſtator poteſt remittere tutori confectionẽ inuentarii ergo & uſufructuario, ut arguere uidetur Barba. in conſi. 64. col. 3. uol. 2.
Sed his non obſtantibus contrariũ eſt de iure ue-
4 rius, quod probatur; nam clariſsimi iuris eſt † ꝙ uſufructuaria tenetur præſtare cautionem de utendo, & fruendo, arbitrio boni uiri, l. 1. ubi omnes notant C. de uſufr. Picus in l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. de lega. 2. q. 49 Dec. in conſi. 607. col. 2.
5 in princ. quam † teſtator nec tacite nec expreſsè remittere poteſt, ut de plano inquit Pau. de Caſtro in
6 conſ. 19. col. 1. ubi dicit, † ꝙ non obſtante, ꝙ teſtator priuet hęredem hæreditate ſi moleſtauerit uxorem

in

in uſufructu, poteſt ab ea peti dicta cautio abſque quòd incurrat in pœnam priuationis hæreditatis. ſeqtur Iaſ.in conſi.40.in 3.quæſito uol.1.Dec.in conſi.565.col.1.& 581. nu.11.Iaſ.in l.eum qui §.fi.de iure iur. per illum text. quem dicit meliorem ad hoc Neuiza.in conſi.9.nu.12.Rui. conſi.202.nu.8.uol.2. Franc.Mar.in deciſ.857.parte prima Alex.in l.quod de bonis.§ ſi frater.ff.ad l.Falc. Paul. de Caſtro in l. Lucius.§ tres heredes. ff.ad trebel. Picus ubi ſuprà quæſtione 54.Et ratio eſt,quam ponit Bald. ad propoſitum in l.prima,col.ſecunda uerſ.ſed pone ꝙ uer
7 ba.C.de uſufr.dicens ꝙ licèt proprietarius promittat uſufructuario non mouere quæſtionem,nec moleſtiam aliquam inferre, per iſta uerba,non uidetur prohibita cautio, quæ eſt de natura uſusfructus. Et ratio eſt iſta, quia dicta uerba intelliguntur niſi quæſtio uel moleſtia oriatur ex natura contractus.l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca nam ille qui agit ſecundum naturā contractus, non dicitur uenire contra factum,licèt ueniat contra perſonam conuentā l.ſed etſi poſſeſſori.§.ſed ſi rerum.ff.de iure iur.quod ait notandum,& cum Bal.pertranſeunt Dec. in conſil.565.col.1.& 607.colu.ſecunda,in princ.Craue.in conſi.187.col.fin.Iaſ.in dicto conſi.40. quia illa uerba intelliguntur de moleſtatione, quæ fieret malo animo.Dec.in conſi.581.nu.11.Alexan.in l.quod de bonis. §.ſi frater,ad trebel. De ſecundo notant Bar. & omnes alii in l.1.C.de uſufr.in l. nemo. poteſt, de lega.1.in l.ſcire debetis.C.ut in poſ.lega.Iaſ.in allegato conſi. 40.colum.1.uolum.primo quia remiſsio talis ſatisdationis inuitaret uſufructuarium ad delinquendum ad malè utendum,etſic ad diſsipandū. Item quia talis remiſsio ſonat in quoddam uicium & quandam turpitudinem; quia ſonat quòd ip-

ſe

ſe uſufructuarius debeat malè uti pro libito uolun-
tatis; ideo nimirum ſi remitti non poteſt per teſta-
torem. Paul. de Caſtro in dicto conſi. 191. colu. 1. Dec. in conſi. 418. nu. 16. 565. col. 1. & 607. colum. 2. Paris. in conſi. 95. nu. 60. uolu. 2. Craue. in conſi. 187. col. fi. Alcia. in conſi. 11. nu. 8. in 2. tomo. Rui. in con-
† ſi. 202. num. 2. uol. 2. & hanc eſſe † communem etiam dixerunt Soc. in conſi. 131. nu. 14. uol. 1. Picus ubi ſu prà quæſtione 50. Alex. in conſi. 58. colu. 4. in princ. uol. 3. & Soc. Iun. in conſi. 115. col. 2. uol. 1. Quæ ſen-
8 tentia ampliatur locum † habere nedum in uſufru-
ctu bonorum immobilium in quibus cadit uſusfru-
ctus, ſed etiam in rebus in quibus propriè non con ſtituitur uſusfructus, ut per Bald. & Sali. in dicta. l. 1. per dictum text. qui loquitur in uſufructu pecuniæ. Iaſ. in dicto conſi. 40. columm. 2. in princip. Dec. in
† conſi. 565. colu. fin. ubi dicit hanc eſſe † communem opinionem, Alex. in dicto conſi. 58. colum. 2. Abb. in conſi. 4. col. fi. uol. 2. Soc. Iun. ubi ſuprà nume. 24. Pi cus in dicto. §. Titia. nu. 51. Alexan. in dicto. §. ſi fra ter. ſi ergo per teſtatorem non poteſt remitteri di-
9 cta cautio, ergo nec confectio inuentarii† cum dica-
tur antecedens neceſſarium ad ipſam cautionem; quia niſi de rebus fieret inuentarium, de illis conſta-re non poſset. ita Paul. de Caſtro in ſupradicto con ſi. 191. col. 1. Alex. in citato conſi. 58. col. 2. Iaſ. in alle-gato conſi. 40. in 2. quæſito. quia impoſsibile eſſet ꝗ fideiuſſores fideiuberent de reſtituendis rebus ſi nõ fierent inuentarium; & ſic redderetur fideiuſsio in certa, & inanis. Soci. Iun. ubi ſuprà. Picus in ipſo. §. Titia quæſtione 51. Paris. in conſi. 95. nu. 63. uol. 1. & in conſil. 45. nume. 21. uol. 3. Ruin. in conſi. 202. nu. 2. uolum. 2.

Supereſt ut ad argumenta cõtraria reſpõdeatur,

&

& deueniendo ad primum reſpondetur,ꝙ licèt uo-luntas teſtatoris ſoleat haberi pro lege,ꝙ illud procedit in his quæ pendent a uoluntate ſua ; ſed ipſe non poteſt facere quin leges locum habeant in ſuo teſtamento. l.nemo poteſt . de lega.primo ergo &c.
† ita glo.†communiter approbata in l. 1. C. de uſu. & habit.quod maximè dicendum uenit in terminis no ſtris,ubi talis remiſsio redundaret in damnum hære dis ſecundum Soc.Iun.ubi ſuprà nu.19.

Similiter non obſtat.l.fi.C.arbit.tutel.q̃ ille tex: procedit ex eo ꝙ præſu nitur teſtator prohibuiſſe cõ fectionem inuentarii in fauorem hæredis , prout ibi
10 declarant doc.& maximè Salic. & hoc † ne pompa rei familiaris pandatur,iuxta.l.ſecundam.§. ſed ubi. C.quand.& quib.quar.pars.deb. lib.10. eſt enim dicit ibi text. durum atque inhumanum publicatiõne pompaq; rerum familiarium , & paupertatis detegi uilitatem,& inuidiæ patere diuitias. & adeò uerum eſt prohitionem de qua in dicta.l.fi. procedere ſolũ ex eo quod præſumitur facta in fauorem hæredis,ꝙ ſi conſtiterit eam fore damnoſam , non debet talis prohibitio obſeruari,ut per Mart.Sili. & Sal.in dict. l.fi.ſed in caſu noſtro iſta prohibitio eſt damnoſa hæredi,ergo de uno caſu recta non fit illatio ad alium. l. Papinianus exuli.ff.de mino. Ita Socin. ubi ſuprà nume.21.

Vltimò nõ obſtat conſil. Barba. ubi ſuprà, quia contra eum eſt communis opinio , & in ſpecie illud reprobant Picus ſuprà in q.50.& Soc.Iun.ubi ſupra ubi Barba. etiam alia dicit contra quæ conſuluit Alex. in dicto conſi. 58. & quem etiam mordet Picus ubi ſuprà .

Stante igitur hac ſententia, quæ non patitur dif-
11 ficultatem, reſtat uidere an † uſufructuarius teneatur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tur

tur inuentarium conficere ſecundum formam l. fi. C.de iure delib.uel ſufficiat aliqua deſcriptio, omiſſa tanta ſolemnitate de qua in dicta.l.fi.breuiter dicas ꝙ ſufficit aliqua deſcriptio,ut inquit Paul.conſ. 191.col.1.Alex.in d.conſi.58.col.2.uerſi.poſito.Corne.in conſi. 303.col.fi.uol.1.Picus in l.Titia.§.Titia cùm nuberet,quęſt.51.& 55.Iaſ.in conſ.40.in 2.quæſito,uol.1.Paris.in conſi.95.nu.62. uol.2.& 45.colu. pen.uol.3.pro qua ſententia bene faciunt ea quæ ſuprà dicta fuerunt in quæſt. de fideicommiſſario ubi concluſum fuit ſimiliter eum non teneri ad confectionem inuentarii ſecundum formam dictæ.l.ſi.ſed ſufficere quandam deſcriptionem .

FINIS.

LAVS DEO OPT. MAX.